



25

Opus



fol. 1636. al. 1653.

Hunc librum Musis  
suis inservientem  
iure possidet  
Theodor Mahlmann



+ 205

TM 1145

Theodor Malinowski

14. 10. 1996







OPVSCVLVM

D E

SCIENTIA DEI.



OPUSCULUM  
DE  
SCIENTIA DEI





OPVSCVLVM  
DE SCIENTIA DEI,  
EIVSQVE DIVISIONE.

Iuxtà mentem Vniuersalis Magistri  
S. THOMÆ AQVINATIS,

*Per aliquot quæstia*

AB ADMODVM REV. P. M. FRATRE

GABRIELE VALENTINO

S.T.M. Ordinis Prædicatorum Congre-  
gationis Sanctæ Mariæ Sanitatis

DISTRIBVTVM.

---

D I C T V M

EMINENTISS. AC REVERENDISS. DOMINO

I A C O B O

CARDINALI CANTELMO

ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO.



NEAPOLI M. DCC.

Ex Typographia Ioannis-Francisci Paci.

---

SVPERIORVM FACVLTA TE.

OPUSCULUM  
DE SCIENTIA DEI  
FIVE DIVISIONE.

1845  
A THOMAE AQUINATIS  
S. J. OPUSCULUM  
DE SCIENTIA DEI

GABRIELE VALENTINO  
S. J. OPUSCULUM  
DE SCIENTIA DEI  
S. J. OPUSCULUM

JACOBO  
OPUSCULUM  
DE SCIENTIA DEI  
S. J. OPUSCULUM

S. J. OPUSCULUM  
DE SCIENTIA DEI  
S. J. OPUSCULUM









EMINENTISSIMO;

AC REVERENDISSIMO

DOMINO.



Aruum opus,  
Eminentissi-  
me, ac Re-  
uerendissime  
Princeps, post  
tenebras spe-

rat lucem, non aliam nisi tuam :  
Non quæ maiorum tuorum Re-  
gio splendore feruet in Leone,  
sed quæ magnarum tuarum  
virtutum clarissimo iubare in-

a 4

ter

ter Vaticani stellas noctem posset illuminare, sicut diem; Te eruditum in scientia Sanctorum Opusculum de Scientia Dei petit, non audacia Auctoris, quam terreret Eminentia tuæ dignitatis, & meriti. Inter innumera Populo diuina prouidentia tibi commisso collata beneficia, omnia præuidens, omnibus prouidens, ut sanctitate proficeret; & doctrina totus fuisti; Viuis morum exemplis, charitate urgente, sanctisque tuæ Synodi sanctionibus, prudentia regulante virtutum Seminarium, sicut & scientiarum plusquam  
mu-



munificentia tua, tua sapientia, thesauro humilitate abscondito auxisti. In Ecclesiae tuae, aeternique sponsi ortu perenni eruditi sudoris irriguo iuventutis flos dilatatis literarum folijs in vberimum deformabitur fructum: Qui iuxta Apostoli consilium in doctrina sana Populos instructuri sint, Paruuli euadent magni, ope tua, & paruus iste liber, magnus erit tuo Nomine. Accipe igitur Eminentissime Domine maximae obseruantiae nostrae, ad summum adaucti debiti in tuam erga religionem nostram tutelam, & beneuolentiam perexiguam

guum munusculum; valde ma-  
iora tibi debentur; Verum ma-  
gni Principis non tam est ma-  
gna accipere, quam magna fa-  
cere.

mentis nos dicitur hanc  
solis in viderunt delecta-  
bitur fructum: Qui iuxta Apo-  
stoli consilium in doctrina sua  
Populos instruitur hanc Pariter  
eandem magni, opus eius & par-  
tus iste liber, magnus est et  
Nominis. Accipere igitur hanc  
nominis hanc hanc hanc  
obstantes nostris, ad hanc  
nam ad hanc debent in hanc  
eius religionem nostram hanc  
tam, de benevolentiam perxi-

guum





A D  
LECTOREM.

**A** Mice Lector, Bibliotheca iam non capiunt volumina; voluminibus volumina superaddendi, nec locus superest, nec noua materia: facile dicitur inuentis addere, verum in re praecipue theologica multiplicatis tot insignium Doctorum Commentarijs (inquam) difficile: ne igitur dicta replicando, tempus tererem, varijs disidentium opinionum placitis veritatem implicarem, sicuti maiore qua valui claritate, breuiori, quo potui calamo, Opusculum DE SCIENTIA LIBERA DEI absoluerè opera pretium feci. Veritatis studium in paucis bene intellectis, & Thomisticam veritatem non in replicatis verborum folijs, sed in medulla cedri  
in-

inueniet Aquila Aquinasis Solis amica  
Aspice ergo benignis oculis, si quid boni  
notaueris, ad Dei gloriam: Sin autem,  
clande os tuum; quia legendo, nec oleum  
perdis, nec operam. Vale.

EMF



EMINENTISSIMO Signore,

**O** Nofrio Paci Stampatore di Libri in questa Fedeliffima Città, supplicando espone à V. Em. come desidera stampare vn Libretto di Teologia intitolato : *De Scientia Dei, del M. R. P. M. Frà Gabriele Valentino Domenicano* : Per tanto supplica V. Em. restar seruita commettere la reuisione di quello à chi più le aggrada, che il tutto lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Reuer. Pater Fr. Mauritius à S. Philippo videat, & in scriptis referat. Die 30. Nouembris 1699.

IO: ANDREAS SILIQVINVS VIC. GEN:

*D. Ianuarius de Auria Canon. Deputo*

---

EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME  
DOMINE.

**I** Vssu Em. Tuæ Opus inscriptum ( *De Scientia Dei, Ad. Reu. P. M. F. Gabrielis Valentini Ordinis Prædicatorum* ) summa animi voluptate percurrens, nil à S. Fidèi dogmatibus, aut à morum honestate alienum in eo vidi: vnde, vt talis Liber meritam laudem, tantusque Auctor parem vbique gloriam assequatur,  
lic-

litterario Reip bono, Typis committi posse profi-  
teor. Datum Neap. die 25. Decembris 1699.

Emin. Tuae

Humillimus, atque addictissimus Seruus

P. Mauritius à S. Philippo Censor.

Attenta retrospectiva relatione Reuerendi Patris Reui-  
foris, quod potest imprimi. Imprimatur, die  
29. Decembris 1699.

IO; ANDREAS SILLIOVINVS VIC. GEN.

D. Ianuarius de Auria Can. Deput.

D. Ianuarius de Auria Can. Deput.

EMPHATICUM, ET REVERENDISSIMUM  
DOMINE

EMPHATICUM, ET REVERENDISSIMUM  
DOMINE

BC.





ECCELLENTISSIMO Signore.

**O** Nofrio Paci Stampatore di Libri, supplicando  
efpone à V. Ecc. come desidera stampare vn  
Libretto di Teologia intitolato: *De Scientia Dei*,  
*del M. R. P. M. Frd Gabriele Valentino Domenica-*  
*no*: Per tanto supplica V. Ecc. reftar feruita com-  
mettere la reuifione di quello à chi più le aggrada,  
che il tutto riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Reuer. Pater Theodofius Romano videat, & in scri-  
ptis referat.

GASCON Reg. ANDREASSI Reg. GVERRERO  
Reg. MERCADO Reg.

Prouifum per S. E. Neap. die 23. Nouembris 1699.

*Maffellonus.*

Speft. Dom. D. Andreas impeditus.

---

EXCELLENTISSIME DOMINE.

**T** Vis, vt iuffis perfungerer, maxima animi mei  
voluptate perlegi Opus Ad. R. Patris Gabrielis  
Valentini ex Prædicatorum Familia, cuius Epigra-  
phe, *De Scientia Dei*. Cumque nil in eo inuenerim,  
quod Regiæ Iurisdictioni obfit, Sacræ verò Theolo-  
giæ intima quæque penetralia, qua Conciliorum au-  
thoritate, qua grauiſſimorum vtriuſq; Eccleſiæ Patrū  
dogmatis patefacta, Virtutum denique omnium, ac  
po-

politioris doctrinae haud rara monumenta, propterea  
publicae utilitatis ergo typis mandari posse arbitror.  
Neap. ex Reg. Conuentu D. Ludouici die 11. Dec. 1699.

Addictis, & omni obsequio famulus

*Fr. Theodosius Romano Ord. Minim. S. Tb.  
Lector, & Conu. D. Ludouici Corrector.*

Visa supradicta relatione Imprimatur, & in publica-  
tione seruetur Regia Pragmatica.

GASCON Reg. ANDREASSI Reg. GVERRERO  
Reg. MERCADO Reg.

Prouisum per S. E. Neap. die 11. Ianuarij 1700.

*Maffellonusi*

Spe& Dom. D. Andreas impeditus.

DE



*Approbatio Ad. R. P. Fr. Raphaelis Filamundi  
S. T. M. in Conuentu S. M. Sanitatis.*

**E**X mandato Reuerendiss. Patris Magistri Generalis eiusd. Ord. F. Antonini Cloche Opusculū De Sciētia Dei, ab Adm. R. P. Magistro Fr. Gabriele Valēcino editum perlegi; & cum sacra vndequaue refertum eruditione repererim; ideò apprīmè necessariū censeo luci exponendum. Dat. Neap. in Cōuentu S. M. Sanitatis die 12. Nouemb. 1699.

*Approbatio Adm. R. P. Fr. Riccardi Eano  
S. T. M.*

**C**Um de mandato Reuerendiss. Nostri P. Magistri Generalis F. Antonini Cloche præsens Opusculum De Sciētia Dei, ab Adm. R. P. Magistro Fr. Gabriele Valentino elaboratum, attenta reuisione cōspexerim, atque vt cum maximè solidiss. doctrina Theosophica scatentem admiratus sim; ideò, vt Typis mandetur dignum existimo. Dat. Neap. in Conuentu S. Spiritus de Palatio, Die 12. Nouemb. 1699.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

**F**aint, illegible text block, possibly a paragraph or section of text.

**C** Vn demnach...  
Faint, illegible text block, possibly a paragraph or section of text.







## DE SCIENTIA DEI.



**S**UPPOSITO de Fide in  
 Deo esse scientiam,  
 hancque esse vnicum,  
 simplicem, & forma-  
 lem actum diuini intel-  
 lectus absq; vlla pror-  
 sus distinctione ex parte rei conceptæ,  
 sed solùm ex parte obiectorum, quæ  
 connotat, vt docet *S. Thomas 1. parte,*  
*qu. 14. art. 9.* & quia obiectum diuini  
 intellectus, vel est purè possibile, quod  
 nunquam erit; vel futurum, quod ali-  
 quando erit; ideò duplex tantùm sciē-  
 tia,

A

tia,

## 2 DE SCIENTIA DEI.

tia, prout condotans duplex præfatum obiectum est in Deo admittenda, vna quæ terminatur ad purè possibilis, & hæc vocatur scientia naturalis, seu simplicis intelligentiæ, eo quod non habeat adiunctum decretum, seu actum liberum Dei; altera quæ terminatur ad futura, præsentia tamen Deo in æternitate, & hæc vocatur libera, quia supponit actum liberum Dei, ratione cuius habent esse futurum; dicitur etiam visionis metaphora sumpta à visu corporeo, vt docet Diuus Thomas memorato loco, qui res præsentis, & extra se positas intuetur; videndum est modò an præter numeratas scientias, alia sit admittenda, quæ inter vtramq; mediet, atque adeò media attitulari possit; & à quo, si datur, authorizata fuerit: in qua re nonnulli recentiores fatentur eam dari debere, prout avertentem diuinum decretum; eiusq; primum authorem iuxtà communem sensum fuisse Origenem *lib. 3. Periarcon*



DE SCIENTIA DEI. 3

con, qui in materia de Prædestinatione, & Gratia, concernente quæstionem, quam in præsentī controuersamur, nullam prorsus authoritatem habet, vt testatur Hyeronimus epistola ad The-  
 sisfontem, vbi Pelagium alloquens, in-  
 quit: doctrina tua ramusculus est do-  
 ctrinæ Origenis; & *D. Thomas 3. contra  
 Gentes cap. 89.* Afferens illud *prover. 1.*  
*cor Regis in manu Domini, quocum-*  
*que voluerit, vertet illud; & illud Apo-*  
*stoli ad Philipp. 2.* Deus est, qui opera-  
 tur in nobis velle, & perficere, inquit:  
 Quidam non intelligentes, qualiter  
 motum voluntatis Deus in nobis cau-  
 sare possit, absque præiudicio liberta-  
 tis, conati sunt has authoritates malè  
 interpretari, vt scilicet dicerent, quod  
 Deus causat velle, & perficere, quate-  
 nus dat nobis virtutem volendi, non  
 verò quatenus faciat nos velle sicut  
 Origenes exposuit *lib. 3.* Periarcon, vbi  
 liberum arbitrium defendit contra has  
 authoritates.

A 2

Hanc

#### 4 DE SCIENTIA DEI.

Hanc Origenis phantasiā sequuti sunt Pelagius, & Semipelagiani; seu Massilienses, ad concordandam, vel ut veriùs fatear ad discordandam efficaciam diuinæ prædestinationis cum libertate arbitrij creati : hinc Augustinus *lib. de prædestinatione Sanctorum, cap. 18.* refert Pelagium dicentem: præsciebat Deus, qui essent futuri Sancti per liberę voluntatis arbitrium, & ideo eos ante mundi constitutionem elegit; Elegit ergo, inquit : antequam esset prædestinans filios, quos futuros esse Sanctos præuidit, utique ipse non fecit, sed illos futuros esse præuidit, ubi Pelagius admittit præscientiam Dei ante decretum prædestinationis; Hanc sententiam, quidam sapientissimi Viri suscitauerunt, quamuis in sensu Catholico longissimè diuerso, imò opposito stultæ intelligentiæ prædictorum hereticorum mordicoseam tuentes, inter quos primum locum se habere iactat P. Molina *1. par. qu. 14. art. 15. & q.*



DE SCIENTIA DEI. 5

23. artic. 4. & 5. vbi postquam multa de sua libertatis concordia cum Diuina prædestinatione tradiderat; tãdẽ sic cõcludit: quæ videlicet sciẽtia media si data, explanataque semper fuisset, fortẽ neq; Pelagiana hẽresis fuisset exorta : neq; Lutherani tam impudenter arbitrij nostri libertatem fuissent ausi negare; neque ex Augustini opinione, & concertationibus cum Pelagianis, fideles fuissent turbati; nec ad Pelagianos defecissent, facilẽque reliquiã illã Pelagianorum in Gallia, quarum in epistolis Prosperi, & Hilarij fit mensio fuissent extinctã. Hęc P. Molina, cuius audaciora verba contra lumen Ecclesiã Augustinum adulterio rem lucem proferri indigna, rationabiliter RR. PP. Societatis ex Codice deinceps reimpresso erasere.

Et quamuis profitentes scientiam mediam fateantur eorum scientiam mediam, quã maximẽ familiarem fuisse Semipelagianis, non tamen in

A 3

hoc

## 6 DE SCIENTIA DEI.

hoc errasse, sed solum in eo, & quidem egregie quod ipsi illa male vsi fuerint, asserentes Deum, ex meritis conditionate futuris, aliquos predestinare; sicut ex demeritis preuisis alios reprobare; nihilominus, ut bene aduertunt Thomistæ, etiam illa vsi sunt Semipelagiani ad sensum contrariorum, scilicet ad conciliandam libertatem arbitrij cum efficacia gratiæ, & predestinationis diuinæ. Ratio est, quia predicti hæretici nomine meritorum non intelligebant meritum rigorosum habens condignitatem cum premio, sed pro quocunq; quouis modo, adhuc per modum occasionis conducente ad gratiam, & vitam æternam; ut patet ex verbis Cassiani, qui Semipelagianus fuit *collat.* 13. ubi inquit: prestò est Deus occasione tantummodo nostræ voluntatis oblata, ad hæc omnia conferenda; hoc etiã inferitur ex scientia media, qua docetes semiscientiam dicunt, predestinationem non nisi dependenter à

con-



DE SCIENTIA DEI. 7

consensu voluntatis præuiso, siuè tamquam à causa partiali, siuè tamquam à conditione applicante fieri posse.

Insuper hæc scientia media Arij inuentum non à longe salutat: quia & ipse confimili capitis vertigine laborans dicebat Christum præelectum fuisse in filium Dei adoptiuum ex præuisione boni vsus liberi arbitrij, & tandem in præfatæ scientiæ terminos pedem inferre visus est Faustus pessimus Pelagianus *lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio cap. 4.* Vndè & illa eorum turbæ vox veluti pacis turbo quietem Catholicæ veritatis perturbans audita est: Nisi præscientia explorauerit prædestinatio nihil decernit, non dissimili ferè modo, ac loquuntur professores scientiæ mediæ, dum dicunt neminem à Deo prædestinari, nisi media eorum scientia præ eunte.

Vt ergo benè percipiatur hæc scientia media, quam quidam cruditissimi Viri in omni disciplinarum ge-

## 8 DE SCIENTIA DEI.

nerentur emendatē à præfatis erroribus tuentur, atq; populis prædicant, ut facilem illis viam sternant, & aditum demonstrēt pro faciliore adeptione æternæ salutis, in eorum sententiâ, prædicta scientia dicitur media; & quia suavius ab ipsis reputatur medium ad assequendum finem eorum salutis; & quia medium locum obtinet inter scientiam naturalem, per quam Deus cognoscit omnia possibilis, & inter scientiam liberam eiusdem Dei, quam Deus cognoscit, quæ sunt determinatæ, & absolutè futura: ad hanc ergo scientiam mediantem inter præfatas scientias spectat, ut dicunt insignes quidam Doctores cognoscere futura conditionatè talia non absolutè futura, in quantum Deus, ex supereminenti comprehensione cuiuscumque liberi arbitrij cognoscit quid facturum esset hoc liberum arbitrium, si in his, vel illis circumstantijs constitueretur; quapropter hæc scientia non  
po-



DE SCIENTIA DEI. 9

potest dici libera, quia antecedit omnem actum liberum Diuinæ voluntatis neque potest appellari naturalis, quasi innata Deo, ita vt non potuerit præscire oppositum eius, quod Deus præsciuit, quia benè potuisset Deus præuidere oppositum, si liberum arbitrium acturum esset oppositum ei, quod præuisum fuit cum pro sui innata libertate præuisum fuerit se applicaturum, primò, ad actum consensus, ad quem poterat se non applicare cum liberè, & consequenter cum potentia libera ad se primò applicandum, vel ad oppositum, siuè contrarium ei, ad quod se liberè applicaturum fuit præuisum.

Quæres primò, an verum sit scientiam mediam omninò prærequiri ad seruandam illesam libertatem arbitrij creati.

Respondetur, scientiam mediam non tantum non seruare, sed destrue-  
libertatem arbitrij.

Probatur sicut ex efficacia diuini  
actus

10 DE SCIENTIA DEI.

actus Deus indidit naturæ hominis radicaliter liberæ, virtutem proximam congruam suæ naturæ, & quantum ad substantiam virtutis, & modum eius, scilicet libertatem in actu primo, qua posset se liberè applicare ad consensum, vel dissensum, siuè contrariè, siuè contradictoriè; pariter ex eadem efficacia actus diuini prouenit, vt igni agenti radicaliter necessario dederit Deus virtutem proximam combustivam conformem suæ naturæ, & quantum ad substantiam virtutis calefactiuæ, & quantum ad modum eius, scilicet necessitatem proximam ad comburendum; ergo sicut Deus operando conformiter ad naturam ignis radicaliter necessariam in comburendo dedit illi virtutem proximam in actu primo necessariam ad comburendum, atque adeò dedit illi consimiliter actum combustionis, & quantum ad substantiam actus combustiui, & quantum ad modum necessariæ combustionis; pariter

ter



## DE SCIENTIA DEI. II

ter largiendo Deus homini radicaliter libero, immediatè virtutem proximam se applicandi in actu primo liberam, congruam suæ naturæ : pariter ex eadem sua efficacia, & mirabili suauitate in operando, debet hominem immediatè mouere, & applicare ad actum suæ liberæ applicationis ad assensum, & quantum ad substantiam actus applicatiui, & quantum ad modum eius, exercitium scilicet libertatis exigitum à sua natura radicaliter libera, ergo non benè Professores scientiæ mediæ, vt saluent libertatem voluntatis treatę in se applicando eximunt illam ab immediata subiunctione ad Deum, & ab immediato Dei influxu; existimantes sufficere solam dependentiam mediatam à Deo, mediante scilicet virtute, qua potest se applicatiuè mouere. In quo non D. Thomæ communi Præceptoris, sed Origeni impugnatō iam à Diuo Thoma loco supra memorato, nonnihil conformari videntur.



## 12 DE SCIENTIA DEI.

dentur, ergo scientia media prævidens ante decretum applicatiuum voluntatem creatam ex se, & à se tantum applicaturam ad actum consensus, destruit substantiam, & modum libertatis prædictæ applicationis, cum tota substantia, & modus prædictæ applicationis sit dependens immediatè ab actu efficaci diuinæ voluntatis; sicut si voluntas creata ex se, & non à Deo haberet virtutem indifferentem in actu primo ad se liberè applicandum, sequeretur talem virtutem ex se esse purum nihil, quia non haberet, à quo deriuaret quantum ad substantiam, & modum eius; Sicut ergo immediata dependentia à Deo creatæ virtutis liberæ in actu primo, non lædit libertatem eius in actu primo, ita immediata dependentia actus liberi in actu secundo à Deo non lædit eius libertatem in actu secundo; Vndè sicut Deus habens virtutem liberam, qua potest liberè ad extra operari. Largitur homi-  
ni



DE SCIENTIA DEI. 13

ni immediatè virtutem liberam in actu primo ; pariter habens Deus exercitam libertatem ad extra , immediatè dat homini exercitium suæ libertatis .

Confirmatur hæc Ratio : continuatio actus semel elicitæ à voluntate creata est libera, cum in manu voluntatis sit interrumpere, vel continuare actum à se elicitum; sed ad elicientiam, & continuationem actus elicitæ à voluntate in sententia aduersariorum, Deus concurret suo decreto concomitante, atq; suo cōcursu simultaneo, quo Deus præuisa applicatione voluntatis per scientiam mediam ante omne decretum præapplicatum voluntatis creatæ ad se applicandum, vnâ cum voluntate peccatoris causat penitentiam illius, ita vt eadem numero contritio, quæ est effectus quo, seu causalitas voluntatis creatæ se conterentis, sit indiuisibiliter effectus, qui diuini decreti concomitatis, & influxus diuini,

## 14 DE SCIENTIA DEI.

uini , ita vt tota hæc contritio fit cau-  
 sata à voluntate creata p̄nitentis , &  
 tota à decreto Dei concomitante, non  
 præapplicante; & tamen hoc decretum  
 concomitans, atque influxus diuinus  
 causans, vnà cum voluntate elicente  
 actum, non destruit, sed fouet, & con-  
 seruat exercitium libertatis actus eli-  
 citi, & continuati, & hoc ideò, quia  
 tale decretum ex se efficacissimum est  
 causans substantiam actus, & modum  
 libertatis continuationis eius; ergo  
 cum decretum præapplicatiuum Dei  
 ( quod formidant aduersarij admit-  
 tere in Deo, ne lædatur libertas  
 voluntatis creatæ in se applicando )  
 pariter efficacissimum sit, non minus,  
 ac decretum concomitans, sicut hoc  
 vnà cum voluntate creata causat sub-  
 stantiam actus, prout eliciti, & modum  
 eius scilicet exercitium libertatis in  
 sui continuatione; pariter decretum  
 præapplicatiuum Dei eadem habens  
 efficaciam vtrumque præstabit, scilicet  
 sub-



substantiam actus applicatiui, quo voluntas creata se applicat, & exercitiam eius libertatem in se applicando ad elicentiam actus.

Totus hic discursus est doctrina, *S. Thomæ 1. par. qu. 19. art. 8.* vbi inquit: cum aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam non tantum secundum id quod fit (intellige secundum sui substantiam) sed etiam secundum modum fiendi, vel essendi; ex debilitate enim virtutis actiuæ in semine contingit quod filius nascatur dissimilis patri in accidentibus, quæ pertinet ad modum essendi; Vnde quantò perfectior fuerit virtus feminalis, eo perfectior erit geniti similitudo; & quia virtus generatiua Patris diuini est infinitæ perfectionis, ideò generat Verbum diuinum simillimum Patri diuino similitudine infinita eminentiali, quæ est per identitatem vnius numero naturæ; Cum igitur Voluntas diuina sit efficacissima

non

## 16 DE SCIENTIA DEI.

non solum sequitur quod fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant quò Deus fieri vult; Vult autem quædam fieri necessariò, quædam contingenter, vt sit ordo in rebus ad complementum Vniuersi; & ideò quibusdam aptauit causas necessarias, quibusdam causas contingentes: Hæc Diuus Thomas, in quibus ex efficacia diuinæ Voluntatis infert Angelicus, quod effectus liberè fiant, sicut ex eadem efficacia Voluntatis diuinæ, quod actus voluntatis creatæ liberè ab hæc egrediatur; Igitur professores scientiæ mediæ dicentes Deum per scientiam mediam præuidere voluntatem creatam ante suum decretum se liberè applicaturam ad actum, destruunt substantiam, & modum libertatis talis applicationis dependentis, quò ad vtrumque à diuino decreto; Sicut ergo ipsi confitentur virtutem, qua se liberè applicat voluntas ad eliciendum actum esse ex influxu diuino causante  
sub-



DE SCIENTIA DEI. 17

substantiam talis virtutis, & modum eius scilicet libertatem in actu primo, nè dicant talem virtutem liberam proximè, esse virtutem increatam, Dei à se & infinitam; Pariter velint nolint confiteri debent applicationem liberam talis virtutis oriri ab infinita efficacia diuinæ Voluntatis, & Motionis eius causantis substantiam actus, & modum eius scilicet, actualem, & exercitam libertatem.

Ex eodem igitur principio, quo Professores scientiæ mediæ negant in Deo decretum præuium præapplicatiuum voluntatis ad se liberè applicandum, nè lædatur eius libertas in se primo applicando; Thomistæ oculatius dispiciètes præexigunt prædictum decretum, vt voluntas creata se liberè primò applicet ad eliciendum actum, cum ex efficacia diuini decreti causetur vtrumque vt diximus, vnde hæc libertas in exerci-

B

tio

## 18 DE SCIENTIA DEI.

tio applicationis independens secundum eos à decreto præapplicatiuo Dei non potest esse aliud nisi Irco-  
ceruus quidam poeticè confictus non verè causatus à primo vero practi-  
cè causante omne verum creatum, vndè etiam diceret, quis, quod ta-  
lis libertas non causata immediatè à primo libero per essentiam titu-  
lum, non rem præferat libertatis.

Insuper sic ad hominem arguo istos Doctores: Sicut Deus in ra-  
tione primæ causæ dat virtutem vo-  
luntati creatæ, vt se applicet pro  
sua innata libertate ad operandum;  
pariter dat voluntati creatæ virtu-  
tem, vt eliciat actum, ad quem  
se primo mouit applicatiuè; Sed  
Patres Societatis, vt confiteantur  
Deum primam causam, fatentur Deum  
suo decreto conconstante, & con-  
cursu simultaneo, vna cum volunta-  
te creata concurrere immediatè ad il-  
lum actum quem elicit voluntas crea-  
ta



DE SCIENTIA DEI. 19

ta, ita vt hic actus elicited voluntatis creatæ sit effectus, qui immediatè causatus à Deo, & indiuisibiliter sit effectus, quò seù causalitas voluntatis creatæ, ergò confidentes Deum primam causam cuiuslibet operationis creatæ præter virtutem, quam illi largitur immediatè, vt se applicet debent etiam fateri Deum, non solum mediatè concurrere ad actionem applicatiuam voluntatis creatæ, sed etiam immediatè, cum Deus sit prima causa absolutè, & simpliciter sine vlla restrictione non minus actionis, quàm voluntas creata se applicet, quàm actus elicited à voluntate se applicante ad eliciendum, cum reuerà Deus sit prima causa immediata omnium effectuum ad extrà, licet aliquando vtatur creatura, vt sui instrumento ad operandum, qua propter immediatio voluntatis creatæ in eliciendo, non excludit immediatio-

## 20 DE SCIENTIA DEI.

nem Dei concurrentis ad actum, qui elicitur à voluntate creata.

Quò circà non benè recurrunt prædicti Doctores ad decretum concomitans, vt saluent in Deo rationem primæ causæ, quia decretum concomitans, eiusque influxus simultaneus, non agit in causam præapplicando illam ad sui applicationem, sed solùm ad eius effectum, quò, seu actum elicitum, qui est causalitas eius; Sicut ergo actus elicitus voluntatis creatæ sortitur liberam sui elicentiam passivam immediatè, & à primo libero per essentiam, & à secundo libero per participationem, ità actus quò se applicat voluntas creata ad eliciendum immediatè sortietur suam exercitam libertatem, & à primo operante scilicet Deo, & à secundario applicante scilicet voluntate creata. Vnde miror ingeniosissimos istos Doctores tam perenni studio se astrinxisse, perpetuò nè  
di-



DE SCIENTIA DEI. 21

dicam voto, firmissimo saltem proposito, defendendi iniustam causam, contra primam causam, cui ex iustitia debetur omnis immediata dependentia cuiuscumque virtutis, & operationis creatæ, ad quam spectat recognoscere immediatum suum conditorem, & ipsi immediatè parere. Reddant ergo quæ sunt Dei Deo, vt à Domino iusto iudice reponatur eis corona iustitiæ.

Respondent Suarez, & alij præter decretum concomitans, prærequiri etiam decretum Dei præuium, non actu existens in Deo, antequam futurum conditionatum ponatur à parte rei, sed quod in re existeret antecedenter ad ipsum futurum, si conditio poneretur in re; Vnde hi Doctores ponunt prædictum decretum præuium in actu, præsens tantùm obiectiuè: futurum verò in re antecedenter ad actualem consensum, si conditio poneretur in re, & ab hoc

B 3

de-

decreto inquit, quod primordiali-  
ter depēdet cōsensus volūtatis creatę.

Contra hoc decretum obiecti-  
uum Dei est omninò indifferens, igitur  
quod sit potius futurum in re  
ad conuersionem, & consensum Petri  
V.G. quam ad dissensum non habet  
à voluntate Dei, aliter tale decre-  
tum determinaret voluntatem Petri  
ad vnum, & consequenter coincide-  
ret cum nostra sententia, ergo hoc  
habet à voluntate Petri, & conse-  
quenter Deus in decretando depen-  
deret à voluntate Petri; nec ope-  
raretur Deus secundùm consilium vo-  
luntatis suę, sed nostrę, nostramq;  
expectaret voluntatem, vellet né as-  
sentiri, vel non, quia si vellet iam  
concurreret Deus per suum decre-  
tum; Sin autem non concurreret.

Explicatur hoc magis voluntas  
creata stante quod à se ipsa velit  
se applicare ad consensum, Deus  
præfato decreto suo præuio illam  
præ-



præapplicat; sed applicatio voluntatis ad consensum libera est per aduersarios; ergo decretum hoc præuium Dei, quo præapplicatur voluntas creata ad consensum ratione suæ efficacix causat eius applicationem, & quantum ad substantiam applicationis, & quantum ad modum eius scilicet exercitiam eius libertatem; ergo pariter hoc idem decretum præuium ad applicationem, erit quoque præuium ad illam volitionem, qua voluntas creata vult se applicare ad consensum causando hanc volitionem, & quantum ad substantiam volitionis, & quantum ad modum eius scilicet exercitium eius liberum, cum non magis hoc decretum Dei sit efficax respectu applicationis, quam respectu actus, quo creata voluntas vult se applicare, ergo non bene nostri Aduersarij, vt saluent libertatem prædicti actus scilicet volitionis eximunt ipsum ab influxu diuini decreti præuij obiectiuè existentis in men-

## 24 DE SCIENTIA DEI.

te Dei non causantis, secundum ipsos, sed expectantis voluntatem creatam, velit nè se applicare ad consensum potius, quam dissensum.

Ex his manifestè sequitur ad conciliandam libertatem arbitrij cum efficacia diuini decreti, atque gratiæ ab intrinseco efficacis ab eo descendens, omnibus recurrendum esse ad modos prædictæ concordiæ, & conciliationis, quos Sanctus Thomas nos edocet in pluribus locis suæ veræ doctrinæ. Vnde præter primum modum nobis traditum à Diuo Thoma, ex memorato loco p.p. q. 19. art. 8. ex quo clarè deducitur, ex efficacia diuinæ voluntatis, atque gratiæ actualis ab intrinseco efficacis ab ea descendens effectum infallibiliter, & liberè poni in esse, atque adeo, si non liberè actus à voluntate creata eliceretur, frustraretur diuina voluntas, & eius diuina gratia, quia essent causa actus voluntatis, non eo modo, quo volunt elici  
à vo-



à voluntate creata scilicet liberé, quo modo intenduntur à diuina voluntate, quæ est primum liberû per essentiam, quapropter D. Bernardus versans illud sapientiæ : Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter; in ea melliflua verba prorumpit: fortiter quidem pro se, sed suauiter pro me; igitur pro concilianda efficacia gratiæ cum nostra libertate non est recurrendum ad præuisionem liberi arbitrij se primo applicaturi pro sua innata libertate in his potiùs circumstantijs, quam in alijs ad liberum potiùs consensum, quam dissensum, sed ad efficaciam diuinæ gratiæ, qua vult Deus voluntatem nostram necessitate infallibilitatis, & non coactionis, liberè elicere consensum potiùs, quam dissensum; itaut cum necessitate consequentiæ stet libertas consequentis, quod est idem, ac dicere, cum infallibili necessitate illationis consensus ex diuina gratia compati libertatem con-

se-

## 26 DE SCIENTIA DEI.

sequentis scilicet actus voluntatis, qui est consequens deductum, seu illatum ex antecedente, seu præueniente gratia diuina.

Secundus modus in eo est positus, quod Deus, eiusque omnipotentia magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, & huius ratio est, quia Deus est magis intimus voluntati nostræ, magisque eius internum principium, quam anima rationalis, à qua egreditur, cum ipsi intimè illabatur, quem illapsus non habet anima in sui voluntatem; sed anima rationalis, estò radicaliter concurrat in ratione principij radicaliter mouèdo volūtatem ad suos actus liberos, non aufert, sed potiùs confert, & fouet eius libertatem; & hoc, quia vt dictum est, est internum principium volūtatis; ergo à fortiori Deus, qui est intimius principium nostræ voluntatis, quam sit anima nostra, non mortificat, sed viuificat eius libertatem.

Fun-



DE SCIENTIA DEI. 27

Fundatur hic modus conciliandi in *D.Th. 3. cont. gent. cap. 88.* vbi docet, quod idcirco solus Deus potest mouere voluntatem per modum agē-tis, quia solus coniungitur animæ rationali quantum ad sua interiora. Et idem repetit *p.p. q. 106. & 19. art. 2.* vbi affirmat solum Deum posse mouere voluntatem ex parte potentiæ, & ab interiori, & huius semper eandem assignat rationem, quia nimirum cum motus voluntatis, non sit aliud, quam inclinatio voluntatis in rem volitam, solius Dei est ab interiori, & ex parte potentiæ immutare voluntatem, qui dat naturæ intellectuali virtutem talis inclinationis; Sicut enim inquit, inclinatio naturalis, non est nisi à Deo, qui dat naturam, ita inclinatio voluntaria, non est nisi à Deo, qui causat voluntatem.

Tertius modus consistit in hoc quod Deus per suam gratiam efficaciam aufert malam illam inclinatio-nem,

28 DE SCIENTIA DEI.

nem, qua voluntas nostra renitebatur diuinis inspirationibus, pulsationibus, & persuasionibus, & nouam in ipsa creat inclinationem, qua voluntas liberè dulciter, suauiterque tendat in obiectum, quod prius nolebat, & dulcescat, quod prius amarescebat.

Hunc etiã modum conciliandi efficaciam intrinsecam gratiæ cum libertate arbitrij, docet nos *D. Th. p. p. qu. 105. art. 4.* his verbis: Quod mouetur ab alio dicitur cogi, si moueatur contra propriam inclinationem, sed si mouetur ab alio, quod ei dat propriam inclinationem non dicitur cogi.

Hoc negotium sanè miris modis geritur à Deo, & hoc modo aliquatiter esplicari potest. Primò enim Deus sua gratia operante, seù excitante illustrat intellectũ, vt per iudicium indifferens, in quo posita est radicalis libertas proponatur voluntati obiectum diligendum, postmodum infunditur gratia, qua tanquam per superadditam

tam



DE SCIENTIA DEI. 29

tam inclinationem voluntas eliciendo amorem erga bonum, fertur in illud dulcedine, & suauitate veluti pondere suo iuxta illud Augustini: Amor meus, pondus meum, illo feror, quocunque feror; Sicut graue non cogitur, dum deorsum à generante mouetur.

Insuper *Q. 12. de veritate art. 4.* idē docet S. Th. & adducit exemplum de lapide, qui eo quod ratione grauitatis, deorsum inclinatur violentus est ei motus sursum; sed si Deus auferret ab eo grauitatem, & tribueret ei leuitatem, tunc sursum ferri, non esset ei violentum, & ad hunc modum concludit S. Thomas intelligitur, quod Deus voluntatem immutat, absq; eo, quod ipsam cogat.

Existimo Diuum Thomam adduxisse prædictum exemplum, dum intus legebat meditando locum illum *Ezech. 36.* in quo Deus sic loquitur: dabo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo eis,

eis,

## 30 DE SCIENTIA DEI.

eis, & euellam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, ut in præceptis meis ambuletis; igitur auferendo Deus à nobis graue cor deorsum tendens, & leue cor, ad instar ignis tribuens, cor mundum creat in nobis ex nihilo meritorum nostrorum, ut deposita sui grauitate, cum leuitate diuinitus ipsi largita, dulciter, suauiterque sursum accendat, iuxta suam voluntariam inclinationem.

Ultimus modus, quo explicatur uera concordia inter gratiam ab intrinseco efficacem, & nostram libertatem erutus ex nonnullis locis Sancti Nostri Præceptoris consistit in hoc, quod cum gratia actualis ab intrinseco efficax, sit participatio libertatis diuinæ, quæ utpotè actus purus est ipsummet formalissimè suum actuale exercitium, necessitate infallibilitatis liberè causans effectus ad extra; consequenter imitans diuinam libertatem, cuius est participatio præapplicando nostrā



DE SCIENTIA DEI. 31

voluntatem , ita eam mouet ad se applicandum, vt hæc infallibiliter, liberè se applicet ad suos actus, auferendo solum ab ea indifferentiam suspensiuam , quæ cum sit quædam animi suspensio, & perplexitas, est eius imperfectio , quapropter non inuenitur in Deo perfectissimo libero per essentiã, Consequenter necessitate infallibilitatis , non coactionis ipsam præapplicat, relinquendo in ea facultatem ad oppositum , non vt coniungendum cum actu, ad quem præapplicatur, sed ad oppositum , secundum se ; Sicut vnusquisque experitur in seipso; quod cum liberè loquitur habet potentiam ad nõ loquendum, seù negationem loquutionis, non vt coniungendam cum loquutione; sic enim loqueretur, & simul, non loqueretur, quod est impossibile, sed ad negationem loquutionis secundum se, hoc est secundum sui speciem præscindentem ab illa circumstantia temporis , in qua loquitur , à  
 qua

### 32 DE SCIENTIA DEI.

qua præscindit potentia ad non loquendum, non verò negatio loquutionis, quæ si proindè esset, esset in eodem tempore, in quo est loquutio, quia in suo esse indiuiduali constitueretur per illam eandem numero circumstantiam temporis, qua mensuratur loquutio in suo esse indiuiduali, quod profectò implicat cōtradictionē.

Quæres secundò an cum scientia media compatiatur certitudo methaphysica nostræ prædestinationis?

Respondetur negativè. Ratio est, quia certitudo Methaphysica, atque efficacia diuinæ prædestinationis, licet primordialiter, & radicaliter oriatur ex efficacia diuinæ voluntatis, adhuc effectiua, qua cum effectu intendit Deus dare gloriam Petro V.G. nihilominus proximè dependet ex certitudine Methaphysica mediorū præostensa ab intellectu diuino voluntati eiusdem Dei ea eligentis, & approbantis tamquam certissima adhuc Methaphy-



DE SCIENTIA DEI. 33

physicè pro affecutione vitæ æternæ,  
 ad quam transmittitur prædestinatus  
 à Deo, sicut dirigitur, atque transmit-  
 titur sagitta ad scopum ei præfixum à  
 sagittante; Sed in sententia patrocini-  
 antium scientiam mediam, media  
 prius explorata à Deo, vt prædestinet,  
 seu transmittat creaturam rationalem  
 ad finem vitæ æternæ, licet sit certa  
 moraliter, nimirum probabiliter, &  
 præexigentia liberum consensum, seu  
 cooperationem incertam methaphy-  
 sicè voluntatis creatæ, vt præuisum  
 per scientiam mediam, non tamen  
 prævidentur, vt certitudinaliter me-  
 thaphysicè conducentia ad finem præ-  
 destinationis; ergo prædestinatio, quæ  
 in eorum sententia supponit explora-  
 tionem huiusmodi mediorem, non ha-  
 bentium ab intrinseco, & ex se effica-  
 ciam ad finem salutis æternæ, sed de-  
 penderet à consensu præuiso volun-  
 tatis creatæ incerto Methaphysicè siuè  
 tamquam à conditione, siuè tamquam

C

ex

## 34 DE SCIENTIA DEI.

ex causa partiali, neque habentium certitudinem Methaphysicam in causando finem æternæ salutis, sed solum moraliter hoc est cogniecturaliter, vel ad summum probabiliter; per euidentem consequentiam infertur scientiam mediam non compati cum certitudine Methaphysica nostræ prædestinationis neque respectu Dei prædestinantis, neque prædestinati, & consequenter neque scientia Dei prædestinatiua haberet conceptum formalem constitutum scientiæ, nempè certitudinem Methaphysicam, sed solum esset cogniecturalis, & probabilis cognitio salutis prædestinati, quia in tota collectione mediorum conducentium ad finem salutis æternæ iuxta sensum scientiæ mediæ non inueniret Deus media certitudinaliter methaphysicè conducentia ad finem salutis æternæ.

Ex quo manifestè sequitur nulli posse Deum reuelare certitudine Methaphysica suam salutem, sed solum





moraliter, seu probabiliter, & consequenter si alicui reuelaretur à Deo suo prædestinatio, talis prædestinatus, adhuc rationabiliter post talem reuelationem, dubitare posset, metaphysicè loquendo, de sua salute; Vnde si *Beatus Iacobus de Meuania Ordinis* *Prædicatorum* fuisset aduersæ sententiæ defensor, adhuc cruentatus Sanguine Christi, ex latere Imaginis eius miraculosè exauriente, addita cœlesti voce: Sanguis iste sit in signum tuæ salutis; Adhuc rationabiliter, methaphysicè loquendo, dubitare potuisset de sua salute, sicut prius timebat se fore damnandum, non obstante vitæ suæ innocentia, quæ non erat ei, nisi scala qua gradatim Cœlum ascendebat.

Magis hoc roboratur exemplo fidei, quam habeo de existentia Romæ, quam numquam vidi, quæ methaphysicè mihi non potest esse certa, sed solum moraliter, licet innumera penè sint testimonia eorum qui Romam

## 36 DE SCIENTIA DEI.

viderunt contestantium Romam esse, quia hæc testimonia non habent certitudinem Methaphysicam in testificando, sed solum moralem; Vnde ex his solam fidem humanam fallibilem habere possum de existentia Romæ; igitur quamuis innumera esse possint media quibus Deus vellet finem salutis causare in Petro prædestinato; quia tamen omnia ista media non essent efficacia ab intrinseco, sed ab extrinseco consensu præuiso methaphysicè incerto, neque Deus sic prædestinans per talia media, esset certus methaphysicè de salute æterna sui prædestinati, neque consequenter Petrus prædestinatus securus esset de sua æterna salute, vnde rationabiliter dubitare posset methaphysicè loquendo de effectu suæ prædestinationis, quia quantum est ex habitudine terminorum scilicet mediorum conducentium ad finem salutis æternæ, non implicaret cum tota illa caterua mediorum  
fal-



DE SCIENTIA DEI. 37

fallibilium methaphysicè loquendo  
 cogningi actualem eius damnatio-  
 nem componendo etiam à parte rei  
 cum illis medijs fallibilibus metha-  
 physicè , licet certis moraliter siuè  
 cogniecturaliter, siuè etiam probabili-  
 ter æternum suum cruciatum ; igitur  
 scientia media destruens certitudinem  
 Methaphysicam diuinæ prædestinatio-  
 nis , sicut etiam scientiæ diuinæ sup-  
 ponentis approbationem diuinæ vo-  
 luntatis est omninò releganda , ab in-  
 tellectibus Scholasticorum , ne despe-  
 rent de sua salute ; Cuius tamen vi-  
 uam spem dat nobis instrumentum di-  
 uinæ sapientiæ , & fidelis Interpres di-  
 uinæ voluntatis, *S. Thomas 2.2. quest.*  
*83. de oratione artic. 16.* , vbi quærit  
 vtrum peccatores orando impetrent  
 aliquid à Deo , & respondet affirmati-  
 uè , vnde docet in corpore articuli ;  
 quod Deus audit orationem peccato-  
 ris , ex bono naturæ desiderio proce-  
 dentem , non quasi ex iustitia , quia

C 3

pec-



peccator hoc non meretur, sed ex  
 pura misericordia præmissis quatuor  
 conditionibus, vt docuerat in calce  
 responsionis ad secundum eiusdem  
 articuli, quibus concurrentibus sem-  
 per aliquis impetrat, quod petit, vt  
 scilicet pro se petat, necessaria ad sa-  
 lutem, piè, hoc est non vt prospere-  
 tur in delictis, & permanentes: Tunc  
 sic; omnes fideles perseverant in re-  
 citatione orationis Dominicalis in qua  
 secunda petitio est adueniat Regnum  
 tuum, quæ verba cum reflexione re-  
 citata iuxtà Augustinum ad Probam  
 citatum ab eodem *D. Tho. artic. 9.*  
*præcedenti ad 1.* excitant desiderium  
 nostrum ad cœlestè Regnum, vt il-  
 lud nobis veniat, atque in eo regne-  
 mus; quod semper impetrat pecca-  
 tor præmissis illis quatuor conditio-  
 nibus, & ad hoc firmandum in cor-  
 dibus nostris S. Thomas adducit Au-  
 gustinum in lib. de verbis Domini di-  
 centem: non nos hortaretur, vt pe-  
 te-



DE SCIENTIA DEI. 39

teremus nisi dare vellet, & Chrysoft. qui dicit numquam oranti beneficia Deus denegat, qui vt orantes non deficiant sua pietate instigat; Vnde in Psalmo dicitur: *Benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me*: Si ergo nondum traheris, vt Augustinus dicit, ora vt traharis, & certò traheris præmissis illis, quatuor conditionibus; igitur sine vlla prorsus comparatione facilius est oratio ad obtinendam æternam salutem, quam sit consensus noster præuisus per scientiam mediam fallibilis methaphysicè loquendo, cum omnibus vocationibus, illustrationibus, & circumstantijs obiectiuè moraliter, & allectiuè trahentibus ad consensum, qui cum his omnibus semper incertus est methaphysicè loquendo.

Quæres tertio an scientia media saluet certitudinem Methaphysicam fidei, qua credimus Deum Patrem Omnipotentem? C 4 Re-

#### 40 DE SCIENTIA DEI.

Respondetur negatiuè. Ratio est, quia Pater Suarez *lib. 3. de auxilijs cap. 14. num. 16. circa finem asserit*: Deum non posse aliquando conuere- re aliquam voluntatem creatam ad se ipsum cum omnibus auxilijs ordina- rijs, & extraordinarijs, eo quod om- nia moralem tantum certitudinem, & possibilitatem inducunt; & ideò non implicat oppositum, & consequenter methaphysicè loquendo non potest Deus aliquando voluntatem creatam ad se conuertere; Et in Tomo de va- rijs Opusculis Theologicis cap. 14. num. 6. dicit: quod si quis mordicus contendat totam hanc impossibilita- tem conuersionis voluntatis creatæ in Deum esse moralem; atque adeò non implicare contradictionem, quod op- positum accidat cum simpliciter lo- quendo ex libertatis vsu præuiso pen- deat, ideoque simpliciter admitten- dum esse posse ità accidere; vnde ip- semet Suarez inquit ibidem totum hoc



DE SCIENTIA DEI. 41

hoc esse verum, nullumque indè sequi inconueniens, nam si per impossibile admitteremus aliquam voluntatem futuram fuisse tam prauam, vt omnibus temporibus, & momentis restituta esset cuicumque vocationi quantumuis potentissimè (intellige moraliter non physicè, quod ipse negat cum omnibus Patribus Societatis) inde nihil sequitur contra diuinam omnipotentiam, sed solum sequitur voluntatem verè, & propriè manere liberam posita quacumque Dei vocatione, quod verissimum est, & consequenter sequitur data illa hypothesis Deum non posse talem voluntatem efficaciter, & liberè conuertere, qua præsupponitur cognouisse restitutam semper, si liber ei vsus concedatur; Possent tamen illam conuertere quò vellent impediendo libertatis vsus, & in hoc diuina omnipotentia satis ostenditur; tamen illa hypothesis, vt dixi simpliciter impossibilis

lis



## 42 DE SCIENTIA DEI.

lis est, hæc P. Suarez ibi ; Tunc sic argumentor : Idem est dicere Deum esse Omnipotentem, ac Deum omnia posse; hæ auté duæ propositiones Deus omnia potest: Deus aliquid non potest opponuntur contradictoriè, ergo Pater Suarez, qui memoratis locis dicit Deum methaphysicè loquendo aliquid non posse, quia methaphysicè loquendo non potest aliquando ad se conuerrere peccatorem in præsentia vita ob eius ostinationem, contradicit huic propositioni vniuersali: Deus omnia potest ; ergo videtur Pater Suarez contradicere Deo, prout reduplicatiuè omnipotens est. Quod quidem dignum est admiratione, cum articulus omnipotentia Dei sit Fidei Diuinæ, quæ ratione suæ certitudinis Methaphysicæ licet obscurè superat certitudinem Methaphysicam euidentem cuiusuis scientiæ naturalis; Vnde hic articulus est adeò certus, licet obscurè vt fit eminenter euidens in-

quan-



quantum sua certitudine licet obscura superat, vt dixi euidentiã cuiuscumque scientiæ naturalis.

Neque potest respondere Pater Suarez Deum methaphysicè loquendo aliquem non posse ad se conuertere peccatorem, non ob defectum virtutis suæ omnipotentia, sed ex implicancia ex parte facti, cum non possit aliquando peccator rationæ suæ obstinationis retractare peccatum, & ad Deum conuerti; Vnde potius dici deberet peccatorem obstinatum aliquando non posse ad Deum conuerti, quamquod Deus non possit illum methaphysicè loquendo ad se conuertere.

Nam contra est; Quia prædicta obstinatio imputaretur ad culpam prædicto peccatori; vndè si in tali statu moreretur, vtique damnaretur; ergo habebat potentiam moralem ad se retractandum, cum sola potentia physica non sufficiat impurationi ad culpam,

vt

## 44 DE SCIENTIA DEI.

vt constat in habente tibiam infirmam, in quo esto sit potentia physica progressiua proportionata, scilicet motui progressiuo; quia tamen non habet potentiam moralem, idest expeditam, qua adire possit Ecclesiam ad audiendum sacrum, ideò non imputatur ei ad culpam, si non audiat Missam, quia vt dixi, non habet potentiam moralem completam, & expeditam, sed impeditam à morbo infirmitatis, ergo si prædicto peccatori obstinato imputatur ad culpam, si non deponat suam obstinationem, signum est, quod habeat virtutem expeditam, atque completam; eo vel maximè, quia talis peccator cum non sit in termino ultimo suæ damnationis, ad quem non peruenit redemptio Christi, cum in Interno nulla sit redemptio, adhuc in hac via participat effectum redemptionis Christi gratiam, scilicet sufficientem, qua conuertere se possit ad Deum; ergo quod metaphysicè loquen-



quendo, non possit Deus ad se conuertere peccatorem, non est, quia conuersio peccatoris aliquando implicat contradictionem, sed erit ex defectu virtutis omnipotentiae Dei; quod quid stultius, & enormius excogitari poterit? Quod autem postremo subiungit, allegato loco, etiam in hoc casu methaphysico obdurationis peccatoris saluari diuinam omnipotentiam, quia posset in hoc casu Deus impedire libertatis vsum in peccatore obstinato, & hoc modo posset illum conuertere quò vellet; hoc inquam quod pro coronide suae doctrinae dixit ridiculum quidem est, cum peccator existens in peccato mortali, orbatus rationis vsum incapax sit, vt ad Deum conuertatur satisfaciendo pro peccato suae obstinationis. Hoc dixit Pater Suarez existimans impossibile posse dari gratiam ab intrinseco efficacem, quae causet substantiam actus conuersionis, & modum eius, scilicet libertatem;

## 46 DE SCIENTIA DEI.

tatem ; Vnde in eius sententia oportet Deum priuare peccatorem vsu rationis , vt ablata libertate arbitrij, posset ad Deum conuerti . Magna quidem inaduertentia , quæ non videns efficaciam intrinsecam gratiæ , neque considerat incapacitatem peccatoris non habentis exercitam libertatem omninò prærequisitam ad se conuertendum ad vltimum suum finem .

Quæres quarto , vtrum Deus cognoscere possit actum conditionatè futurum voluntatis creatæ in superexcedenti , & eminentissima comprehensione , qua comprehendit nostrum liberum arbitrium .

Pater Molina suprâ citatis 1. p. *quæst.* 14. *artic.* 13. *disput.* 17. putauit vt ibi retulimus consensum conditionatè futurum secluso decreto præapplicatiuo à Deo posse cognosci in libero arbitrio intrinsecè indifferente propter superexcedentem , & superemi-



eminentissimam comprehensionē, qua usque ad intima penetrat, quò fit, ut Deus illa comprehensione certò cognoscat, quod si voluntas creata ponatur in his, vel illis circumstantijs cum gratia eorum congrua consentiet.

Sed hæc opinio Patris Molinæ rejicitur dupliciter. Primò, quia supereminentissima comprehensio quâ Deus penetrat arbitrium creatum vltimo modo conducit ad certò cognoscendum in voluntate, id quod in illa non est; sed determinatio ad consensum non est in voluntate creata, ergo Deus per superexcedentē illam comprehensionem non cognoscit consensum conditionatè futurum potius, quam dissensum; consequentia bona; maior constat ex axiomatico philosophico: quod non est non cognoscitur id est, quod non habet esse determinatum, nequit determinatè cognosci; Nam de futuris contingentibus, vt talibus,  
non

## 48 DE SCIENTIA DEI:

non datur determinata veritas; minor probatur, quia supponimus voluntatem non habere aliquod in se infallibilizzans illam ad consensum, alioquin haberemus intentum; ergo manet in sua pura natura indifferente, & consequenter datur in illa carentia determinationis ad consensum.

Neque dicatur, quod quamquam in libero arbitrio non est consensus, tamen futurus erit, & ita Deus per Supremam comprehensionem certo cognoscit quod erit. Nam hoc est merum subterfugium; quis enim sciet, quod erit consensus futurus, & non dissensus; nam liberum arbitrium, vt supponitur, caret infallibilizzatiuo ad consensum, non minus, ac ad dissensum; cur ergo dicetur esse ab eo egressurum consensum, & non dissensum? neque ad cognoscendum directè consensum iuuabit, vt nunc probavi, excessus comprehensionis diuinæ; Quod iterum ita explico, &  
con-



confirmo. Vel excessus ille supremæ comprehensionis diuinæ supra voluntatem creatam est necessarius ad cognoscendum consensum futurum ex parte rei cognitæ, scilicet voluntatis creatæ, ita quod voluntas creata non comprehenderetur, nisi adesset ille excessus. Vel est necessarius ex parte cognoscentis, scilicet Dei eiusque cognitionis. Si asseratur primum; ergo Deus non comprehendit seipsum, quia cognoscit se adequata non excedente comprehensione. Si secundum

Contra est; Nam excessus cognitionis ex parte cognoscentis, omninò extrinsecè se habet ad comprehensionem obiecti, & eorum quæ ad obiectum pertinent; Nihil enim iuvat, vel officit ad cognoscendum comprehensivè formicam, quod Deus perfectiori modo, Angelus verò imperfectiori modo; ex parte cognoscentis illam penetrent comprehensivè, sed æqualiter ex parte rei cognitæ ab

D

vtro-

## 50 DE SCIENTIA DEI.

utroque cognoscitur; Nam nihil est in formica formaliter, vel virtualiter, quod etiam ab Angelo non penetratur, alias non comprehenderetur.

Secundo Deus in signo rationis ante suum decretum, non cognoscit determinatè in quam partem inclinabitur sua diuina voluntas in posteriori signo rationis; An scilicet ad decernendum consensum, an potius dissensum; ergo in signo rationis antecedente decretum efficax causatiuum gratiæ ab intrinseco efficacis, neque determinatè cognoscet in quam partem inclinabitur voluntas creata ad consensum, scilicet V. G. quam dissensum. Antecedens conceditur à Molina, & est manifestum, quia ante decretum diuinum nequit esse aliquod determinatè futurum, esset enim futurum sine sua causa extractiua eius à possibilitate. Consequentia probatur voluntas creata est libera per participationem; ergo non potest intelli-  
gi,



DE SCIENTIA DEI. 51

gi, quod effectus emanet ab ipsa, nisi  
 dependenter à primo libero per essen-  
 tiam; Sed decretum diuinum habet  
 libertatem per essentiam, ergo si an-  
 tecedenter ad decretum Dei, nequit  
 Deus intelligere in quam partem in-  
 clinabitur sua diuina voluntas; Non  
 potest ante idem decretum, certò sci-  
 re Deus in quam partem voluntas  
 creata determinatè inclinabitur; &  
 consequenter non cognoscet Deus  
 certò, & determinatè consensum fu-  
 turum.

Propter hæc parum arrisit alijs  
 Patribus Societatis Molinæ responsio,  
 & ideo alia via inconuenienti allato  
 occurrere conati sunt.

Vnde Suarez *lib. 2. de Scientia  
 conditionat. cap. 7.* Vasquez *1. p. quæst.  
 14. artic. 13. disput. 67.*, & cum eis  
 plures moderniores credunt Deum  
 cognoscere consensum conditionatè  
 futurum, & quodcumque aliud fu-  
 turum conditionatum in determinata



52 DE SCIENTIA DEI.

veritate propositionis; Nam ex his duabus propositionibus: Si liberum arbitrium Petri ponitur in ijs circumstantijs cooperabitur: Si ponitur non cooperabitur, altera debet esse determinatè vera, altera determinatè falsa; quia hæc est lex propositionum contradictoriarum: Deus igitur ante decretum efficax, ex quo per nos causatur gratia ex se, & ab intrinseco efficax cognoscit, quid liberum arbitrium sit facturum estó sit intrinsecè indifferens; Quapropter

Quæres quinto. An vera sit hæc responsio prædictorum Doctorum.

Respondetur, non esse veram, quia in hoc omninò decipiuntur; Siquidem ante decretum efficax propositiones nequeunt habere determinatam veritatem, vel falsitatem; Ergo non potest Deus cognoscere consensum conditionatè futurum in determinata veritate propositionis; probatur antecedens; Nam determinata veritas

tas



tas fundatur supra determinatam entitatem; sed antè decretum efficax, consensus non habet determinatam entitatem, neque in se ipso, vt patet, quia non est; neque in sua causa, quia in signo ante decretum, tam in causa secunda, quàm prima, stant sub indifferentia pura, & per consequens consensus concipitur, vt possibilis, non vt determinatè futurus: ergo neque habebit determinatam veritatem.

Et cum dicitur, quod ex duabus contradictorijs vna debet esse determinatè vera, altera determinatè falsa. Respondetur, quod hæc regula Summulistica est vera in quolibet instanti reali, non in quolibet signo rationis, maximè si propositiones fiant in materia contingente; vt accidit in casu nostro exemplum est: quod istæ propositiones Petrus est albus: Petrus non est albus sunt contradictoriæ, & tamen in illo signo rationis, in quo concipio Petrum secundum sua

54 DE SCIENTIA DEI.

prædicata essentialia, neque est determinatè albus, neque determinatè non albus, sed purè indifferens, quamuis in instanti reali verum sit, quod est, vel determinatè albus, vel non est determinatè albus.

Si replicetur. Etiam in illo signo rationis sunt propositiones contradictoriæ, ergo altera est determinatè vera, altera determinatè falsa.

Contra est, quia in illo signo rationis non sunt propositiones contradictoriæ formaliter, sed tantum materialiter: hoc est non sunt propositiones constantes ex vocibus significatiuis, sed non significatiuis. Ratio est, quia vt inquit Aristoteles 1. perhyermenias cap. 1. vt voces sint significatiuæ, debent esse signa conceptuū qui sunt in intellectu; sed in illo signo rationis præuis ad diuinum decretum, Deus non concipit aliquid determinatè de cooperatione Petri ad consensum; Nam ad summum præcessit



cessit voluntas indifferens ad consensum, & dissensum per largitionem gratiæ indifferentis, idest non determinantis voluntatem Petri ad consensum; ergo illæ propositiones nihil apud diuinum intellectum possunt significare; ergo non sunt formaliter contradictoriæ, quia significatio terminorum est, quid prærequiritum ad componendam propositionem formaliter talem; erunt ergo propositiones grammaticaliter, materialiter, & de voce tantum; Vnde instantia nullius est momenti, quia non philosophica, sed grammaticalis.

Alij Patres Societatis addunt ex iisdem Suarez, & Vasquez consensum conditionatè futurum cognosci à Deo in libero arbitrio, non nude sumpto, sed circumstantiato idest vt posito, vel reperto in illis, vel his circumstantijs, in quibus moraliter solum mouetur ab obiecto proposito.

Verùm enim verò hanc respon-

sionem iam reiecerat D. Thom. 1. p.  
*quæst.* 105. *artic.* 4. *in corpore*, & alibi;  
 habet autem citato loco D. Tho. hæc  
 verba: non potest aliquid sufficienter  
 mouere aliquid mobile, nisi virtus  
 actiua mouentis excedat, vel saltem  
 adæquet virtutem passiuam mobilis;  
 Virtus autem passiuua voluntatis se ex-  
 tendit ad bonum in vniuersali, etenim  
 eius obiectum est bonum vniuersale,  
 sicut & intellectus obiectum est ens  
 vniuersale: quolibet autem bonum  
 creatum est quoddam particulare bo-  
 num; Solus autem Deus est bonum  
 vniuersale; vnde ipse solus implet vo-  
 luntatem, & sufficienter eam mouet  
 vt obiectum. Hæc S. Tho. tunc sic ar-  
 gumentamur: quodlibet bonum crea-  
 tum, & quælibet circumstantia insuf-  
 ficienter mouet voluntatem ad con-  
 sensum; ergo voluntas, etiam vt cir-  
 cumstantiata nequit determinari suf-  
 ficienter ad consensum; ergo Deus  
 nequit sufficienter, & certò cogno-  
 scere



DE SCIENTIA DEI. 57

scere consensum conditionatè futurum in voluntate creata antecedenter ad decretum delargiendi gratia ex se ipsa efficaci determinatiua arbitrij creati ad consensum.

Insuper circumstantia intantum obiectiuè trahit, & allicit voluntatem hominis peccatoris V. G. ad actum pœnitentiæ in quantum supponit decretum Dei præapplicatiuum, & determinatiuum voluntatis hominis ad actum contritionis, quod clarè manifestatur in ostinato, & peruerso Latrone patiente, & moriente in circumstantia loci, & temporis, qua opportunior suæ saluti excogitari non poterat; siquidem passus, & mortuus fuit cum Christo Crucifixo, & moriente pro sua salute, audiuitque illum promittentem fortunato Latroni Regnum Cœlorum, eo quod illum confessus fuerit Regem gloriæ cum illum rogauit dicens: memento mei dum veneris in Regnum tuum; & tamen blasphem-

## 58 DE SCIENTIA DEI.

sphemando Christum mortuus est ;  
quia hæc circumstantia non præsup-  
ponebat decretum Dei efficax præap-  
plicatiuum , & determinatiuum vo-  
luntatis eius ad actum contritionis ,  
sed potius supponebat in Deo decre-  
tum permissiuum peccati finalis impe-  
nitentiæ in pœnam præcedentium pec-  
catorum , volens Deus in eo ostende-  
re gloriam suæ iustitiæ vindicatiuæ ;  
Quæ tamen circumstantia opportuna  
fuit bono , & fortunato Latroni ob  
oppositam rationem , quia suppone-  
bat in Deo decretum , quo mouit  
applicatiuè voluntatem eius ad actum  
confessionis Christi volens in eo osten-  
dere diuitias misericordiæ suæ ; igitur  
quod peccator non abutatur circum-  
stantijs , quæ obiectiuè alliciunt vo-  
luntatem ad actum pœnitentiæ, ortum  
ducit tamquam ex prima radice , ex  
diuino decreto , & gratia diuina ab  
intrinseco efficaci ex eo descendente,  
vt præapplicante , & prædeterminan-  
te



DE SCIENTIA DEI. 59

te voluntate, atque primitus ipsam trahente efficaciter, & magna suauitate ad consensum, & hoc supposito circumstantia proderit aliter ad nihil prorsus iuuabit; vt accidit in peruerso, & ostinato Latrone.

E' contrà verò circumstantia quantumuis contraria æternæ salutis, si supponat decretum Dei præuium, atque gratiam ab intrinseco efficacem ab eo procedentem, determinat ad actum conuersionis in Deum, & sic prædicta circumstantia nullatenus erit ei impedimento, nè salutem æternam consequatur; vt constat in circumstantia illa qua Paulus persequebatur Christum in membris eius, quæ non obstitit vocationi illi ab intrinseca efficacis; qua Christus vocauit eum ad agnationem sui nominis, qua supposito decreto efficaci ab intrinseco de salute Pauli, ex persecutore factus est Vas electionis; igitur liberum arbitrium collocatum in circumstantijs, siuè

## 60 DE SCIENTIA DEI.

siuè nociuis, siuè opportunis æternæ  
 salutis, nullatenus à Deo prævideri  
 poterit consensurum, atque se in  
 Deum conuersurum, aut ab eo se fi-  
 naliter auersurum, nisi præsuppona-  
 tur decretum Dei præuium præappli-  
 cans, & prædeterminans voluntatem  
 ad consensum, aut permittens finalem  
 auersionem à Deo, conformiter vel  
 ad motiū misericordiæ, vel eius iu-  
 stitiæ vindicis in pœnam peccatorum  
 eius. Petamus igitur & nos perseue-  
 ranter, sicut bonus Latio petijt Re-  
 gnum Cœlorum, & impetrabimus si-  
 cut ille, iuxtà doctrinam S. Thomæ  
 memorato loco 2. 2. qu. 83. art. 16.,  
 & tunc hæc perseverans pia petitio  
 erit nobis signum decreti Dei efficacis,  
 quo ab æterno efficaciter decreuit no-  
 stram salutem ob sui misericordiam  
 mouentis nos ad p̄seuerantem, &  
 piam petitionem, vt decretum Dei  
 æternum ab intrinseco efficax execu-  
 tionis mandetur in tempore; Siqui-  
 dem



DE SCIENTIA DEI. 61

dem qui creauit nos, sine nobis non saluabit nos, sine nobis scilicet nostris orationibus, ab æterno à Deo efficaciter decretatis: Vnde sensus Catholicus est, quod si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet.

Dices tandem in fauorem prædictorum Doctorum. Quilibet cognoscens hanc propositionem vniuersalem; Omnis homo est animal, cognoscit in illa saltem implicite omnes propositiones particulares in ea contentas, scilicet hic homo est animal, & hic homo est animal, & sic de singulis, quia omnes istæ propositiones particulares implicite continentur in illa propositione vniuersali omnis homo est animal; ergo Deus comprehendens voluntatem creatam, prout est inclinatio vniuersalis totius suppositi transcendentaliter ordinata ad bonum vniuersale, comprehendit etiã omnes eius inclinationes particulares

eli-

## 62 DE SCIENTIA DEI.

elicitas, quæ sunt actus eius particula-  
res circumstantiati, hac vel illa cir-  
cumstantia loci temporis, &c. absque  
decreto suo præuio, & determinante  
voluntatem creatam ad hanc, vel il-  
lam inclinationem particularem libe-  
ram præcontentam in inclinatione  
vniuersali voluntatis.

Respondetur illam propositio-  
nem vniuersalem: Omnis homo est  
animal actu, & necessario continere  
omnes propositiones particulares, quæ  
simul sumptæ, aliud non sunt, nisi pro-  
positio illa vniuersalis omnis homo est  
animal, licet non explicentur in ea,  
inclinatio verò vniuersalis voluntatis  
aptitudinalis, non implicite actu con-  
tinet omnes inclinationes elicitas par-  
ticulares circumstantiatis circumstan-  
tijs loci, vel temporis necessario, sed  
contingenter; alias voluntas esset po-  
tentia necessaria non libera; ac pro-  
indè ad cognoscendas omnes eius in-  
clinationes particulares exercitas, seu  
actus



DE SCIENTIA DEI. 63

actus eius liberos qui sunt actualia exercitia suæ libertatis, in confuso, & aptitudinaliter contenta in voluntate secundum quod est inclinatio vniuersalis oportet, vt beneficio decreti diuini ab intrinseco efficacis extrahantur à statu puræ possibilitatis, quem habent in voluntate prout est inclinatio vniuersalis, vt perueniant ad statum futuritionis, & media sua gratia ab intrinseco efficaci extrahantur à statu futuritionis ad statum præsentia- litatis circumstantiatum circumstan- tijs loci, & temporis, &c., & ideò pa- ritas nihil probat.

Contra doctrinam à nobis tradi- tam duo dimicant argumenta, quo- rum primum è Castris Lutheranorum, & Calvinistarum egrediens habefa- ctare conatur inexpugnabilem, & in- uiolabilem veritatem, quam nos edo- cet vniuersalis Præceptor, illud quæ opponunt semiscientiæ propugnato- res, vt Thomistas à laqueo illo diffici-  
le

le extricare se posse iactant. Lutherani, & Calvinistæ espressè assertebant Deum non esse causam peccati, quia concurrat ad deformitatem eius, quia hæc tribuitur voluntati nostræ, sed per hoc, quod voluntas Dei moueat, & applicet voluntatem creatam ad substantiam actus, ad quam sequitur deformitas peccati; sed Thomistæ dicunt voluntatem Dei efficaciter præmouere, & applicare voluntatem creatam ad substantiam actus peccaminosi, ad quam sequitur deformitas, ergo videntur illis hæreticis magnum dare, & eorum assertis subscribere.

Respondetur hoc idem argumentum esse soluendum à scientiæ mediæ professoribus, qui dicunt Deum concursu simultaneo concurrere ad totam entitatem actus peccaminosi, eo quod Deus non sit se solo causa integra actus elicitæ à voluntate, dum assumit illam ad sui consortium in causando

præ-



prædictum actum, qui dicitur à voluntate creata; quia sicut actus peccaminosus elicited à voluntate creata est effectus, quo, seu causalitas voluntatis creatae, quo constituitur in exercitio peccans, ita est effectus, qui, concursus simultanei Dei; vnde sicut argumentum propositum nobis ab Aduersarijs conuincit eos ad negandum decretum, atque concursum præuium voluntatis, vt hæc se applicet ad substantiam actus peccaminosi, ita pariter conuincere eos deberet ad negandum decretum Dei concomitans, atque eius simultanem concursum quo simul cum Creatura peccet, & contrarietur sibi ipsi, vt est prima regula humanorum actuum, quod esset error peior priore.

In hoc igitur hæreticali argumento valde allucinantur nostri Aduersarij sententia, namque nostra ex diametro opponitur hæresi Lutheranae, & Caluianae; Siquidem Lutherus, & Cal-

E

uinus

## 66 DE SCIENTIA DEI.

uinus ex hoc vero antecedenti : Deus efficaciter decernit substantiam actus peccaminosi , inferunt hanc pertinacem consequentiam ; ergo Deus concurret ad peccatum formaliter vt tale, seu ad entitatem peccati , vt formaliter substat eius deformitati . Thomistæ verò hanc consequentiã damnant, quam bonam censentes scientiæ mediæ patroni , potius notam Thomistis à se irrogatam mereri videntur ; Vnde discernant oportet Aduersarios ; quæ nam ex duabus opinionibus nostra , an propria iuuet Calvinisticam, & Lutheranicam sententiam .

Ad percipiendam verò solutionem Thomisticam , & eas caligines detergendas ; Aduertant entitatem actus peccati posse considerari dupliciter , vno modo præcisè , scilicet vt præscindit ab ordine ad deformitatem, vt est in genere naturæ ; alio modo prout substat deformitati , tamquam subiectum ab ea informatum : hoc modo



do afferebant hæretici Deum concurrere ad entitatem, seù substantiam actus peccaminosi, & hoc profectò est hæreticum, quia, prout sic non est præcisa entitas in linea physica, seù naturali, sed etiam prout involuit deformitatem tanquam sui formam; Nos autem dicimus Deum concurrere ad entitatem actus peccati secundum se, & vt præscindit à deformitate, & hoc modo bona est, quod verò deformitati subsit, habet ex voluntate nostra deficiente.

Prædicta Responsio est Diui Tho. 2. *sententiarum dist. 3. quæst. 2. artic. 2.* vbi inquit in malis actibus, quamuis Deus sit eorum causa, quantum ad entitatem, non tamen quantum ad defectum, & ideo Deus non est causa peccatorum; vbi etiam exemplificat hoc S. Tho. in Motu Tibiæ curuæ, in quo quidquid est entitatis motus tribuitur naturæ, & quidquid est de defectuoso curuitati Tibiæ.

68 DE SCIENTIA DEI.

Contra deformitas peccati sequitur tamquam proprietas ex peccato ; sed qui est causa essentia , est etiam causa proprietatis emanantis ab essentia ; ergo si Deus suo prauo decreto, & concursu præapplicatiuo applicat voluntatem ad peccatum, eodem suo prauo decreto applicat voluntatem ad deformitatem.

Respondetur distingo maiorem : deformitas peccati sequitur ex peccato, vt peccatum est formaliter concesso ; ex peccato prout ens est nego ; Nam peccatum, prout est ens, bonum est, ac proindè, prout sic nequit ex illo dimanare, tamquam proprietas deformitas peccati, quæ mala est : Vnde ad ipsum, prout ens est, solum sequuntur eius proprietates Methaphysicæ videlicet vnitas, bonitas, veritas, &c. & concessa minori negatur consequentia, quia cum Deus sit essentialiter prima regula, suo prauo decreto non potest præapplicare voluntatem ad actū  
ir-



DE SCIENTIA DEI. 69

irregulatum, qui formaliter est peccatum, sed solum ad eius entitatem.

Hoc idem argumentum potest militare contra decretum concomitans, atque concursum simultaneum, quo Deus concurrit simul cum voluntate creata ad entitatem actus peccaminosi in sententia Aduersariorum, quod eodem modo ipsi soluere tenentur, ac nos soluimus argumentum ab ipsis nobis propositum, aduersus decretum præapplicatiuum voluntatis creatæ ad eliciendum actum peccaminosum.

Contra deformitas peccati in probabiliori sententia aliquorum Thomistarum Caietani, Medinae, Curielis, & aliorum consistit formaliter in aliquo positiuo videlicet in ordine transcendentali ad obiectum difforme regulis morum, seu rectæ rationi; sed Deus per Thomistas est primum applicans voluntatem creatam ad suos actus positiuos; ergo si deformitas

E 3

pec-

peccati consistit formaliter in positivo, hoc positivum non importabitur de materiali, seu materialiter, & ut subiectum deformitatis, sed ut forma constituens peccatum; ergo Deus præapplicando per Thomistas voluntatem creatam ad actum suum positivum, applicabit illam non tantum ad materiale peccati, sed etiam ad formale peccati, quod consistit in positivo secundum communiorem, & probabiliorem sententiam Thomistarum.

Respondetur etiam hoc argumentum esse soluendum à contrarijs admittentibus solum decretum Dei concomitans, & concursum simultaneum, quo Deus vna cum voluntate creatà à se ipsa præapplicata, concurret ad positivum peccati, quod in sententia probabiliori non est materiale, sed formale peccati constitutum.

Respondent huic argumento Cæzarius, Bandez, Medina, Alvarez, & alij



DE SCIENTIA DEI. 71

& alij positium peccati esse à Deo non tamen inde sequi Deum esse causam peccati, quia non est à Deo sub ratione defectus, seu mali moralis, quia hoc modo est à causa secunda deficiente, sed sub ratione formali entis realis, positivi quia sic bonum est. Sed

Contra est, quia formale peccati formaliter est quid positium; ergò eius moralitas, quæ formaliter positiva est, formaliter est effectus positivus, ergo defectus peccati formaliter est effectus positivus malus moraliter, ergo Deus promovens voluntatem ad eius effectum positium præmouet consequenter ad sui defectum, qui prout defectus est, est effectus positivus.

Respondent Curiel, Vasquez, & alij: Deum esse causam physicam positivi formalis peccati, non moralem, quia non est suadens, consilians, vel præcipiens peccatum, quia cum peccatum sit essentialiter effectus moralis non reducitur in causam physicam, sed

## 72 DE SCIENTIA DEI.

moralem, huiusmodi autem est sola voluntas creata.

Sed contra voluntas creata, etsi non inducat aliquem ad peccandum, sed ipsa sola causet defectum peccati consistentem formaliter in positivo, ipsa sola est causa sui defectus, qui prout defectus est eius effectus, quia vt defectus est formaliter consistit in positivo, ergo etiam si Deus non inducat aliquem ad peccandum, dummodò tamen causat positium peccati; quod est formale eius constitutum, ipse pariter peccabit.

Nonnulli conuicti hoc argumento dicunt primam causam moralitatis peccati consistentis formaliter in positivo esse voluntatem creatam constituentem practicè seipsam Deum in peccando. Nec reputant inconueniens dari aliquod ens positium morale subterfugiens causalitatem primæ causæ efficientis, quia Deus est prima causa efficiens non deficiendo, sed efficiendo;



do; hoc autem ens positivum, quod est formale constitutum peccati in prædicta sententia, est ens per participationem deficientem non efficientem; unde reuocatur in voluntatem creatam, tamquam in primum ens non præcisè efficiens, sed deficient.

Concludunt ergo isti DD. dari aliquod positivum, quod non sit effectus Dei, non valentes capere qualiter illud positivum morale non sit ipsissimum positivum physicum totius entitatis peccati non addens, neque ex natura rei, neque ratione distinctionis rationis virtualis exclusivæ aliquam novam entitatem supra solam entitatem physicam peccati, sed solam applicationem ordinis ad causam deficientem, scilicet voluntatem creatam; Sicut bonum ut bonum, prout est ratio formalis sub qua voluntatis, non addit aliquod positivum supra verum, quod est obiectum intellectus, sed solum explicationem respectus ratio-

## 74 DE SCIENTIA DEI.

tionis ad voluntatem; Vnde sicuti bene stat obiectum intellectus esse omne ens positium, esto eius obiectum non sit bonum, vt bonum, quia prout bonum non addit aliquam nouam entitatem positiam supra entitatem positiam veri, sed solum explicationem sui in ratione trahentis ad se voluntatem, quam non explicat verum cum solum explicet rationem obiecti, non trahentis, sed potius explicitam formalitatem obiecti tracti ab intellectu; Itá pariter benè stat Deum esse causam vniuersalem totius entitatis positivæ, esto non causet positium peccati prout morale, quia vt dictum est Ly Morale non addit nouam entitatem supra totam entitatem positivam peccati, sed solam explicationem egressus sui à voluntate creata deficiente, & ordinem transcendentalem ad obiectum dissonum rectæ rationi, qui pariter ordo quantum ad totum suum esse positium; phisicum causa-

tur



tur à Deo, licet non quo ad eius moralitatem, quæ solum noua est explicatio eiusdem suæ entitatis. Sicut etiam estò Deus non causet actum vitalem, prout vitalem reduplicatiuè, quia non se mouet per actum vitalem creatum, sed per suum actum vitalem increatum, qui est eius vita sempiterna, nihilominus Deus est causa totius entitatis, quæ est in actu vitali, prout vitalis est, quia actus vitalis in quantum vitalis reduplicatiuè non reduplicat aliquam entitatem realiter formaliter distinctam ab entitate actus vitalis, sed solum explicationem sui in ratione constituentis viuens in actu secundo suum principium à quo emanat, & per quem viuens creatum se mouet; Undè totum hoc, quod ipsi conuenit, ut vitalis reduplicatiuè est effectus qui Dei, qui est prima vita per essentiam, nō tamen effectus quo illius cum Deus non se moueat per illum, sicut viuens creatum per ipsum actum vitalem, ut vitalem se mouet.

Pa-

## 76 DE SCIENTIA DEI.

Pariter etiam actus meritorius secundum totam suam entitatem causatur à Deo, non tamen prout est actus meritorius reduplicatiuè causatur à Deo, quia sic oporteret Deum mereri per nostrum actum meritorium, sicut voluntas nostra meretur per suum actum meritorium, quod Deo repugnat, quia tantum abest, quod mereri possit, quod potius ipse sit primum, & terminus nostræ viæ meritoriae; ergo pariter benè stat Deum esse causam totius entitatis positivæ moralis in qua formaliter consistit peccatum, quamvis ipsam entitatem, prout moralem hoc est difformem non causet, quia moralitas peccati non addit aliquam entitatem positivam realiter formaliter distinctam supra totam entitatem physicam peccati, sed modum quendam explicationis per egressum à causa morali creata deficiente, & habitudinem ad obiectum difforme regulis morum, & totum hoc secundum suum



DE SCIENTIA DEI. 77

suum esse entitatiuū causatur à Deo, licet huius explicatio nullam addens entitatem, vel formalitatem realem supra formalitatem realem phisicam peccati à Deo non causetur.

Potest adduci ad hoc magis enucleandum exemplum clarissimum: Dum lux Solis illuminat aerem tenebrosum, explicentur nobis, quæ prius erāt nobis occulta, quia erant sub caligine tenebrarum; Vnde sicut lux Solis nihil entitatis addit supra res prius non visas, sed solam nouam, explicationem earum rerum, quæ explicatæ non erant per ordinem ad visum; itā explicatio moralitatis peccati per habitudinem ad obiectum dissonum legi nihil addit nouæ entitatis supra entitatem phisicam peccati, sed solum manifestationem eius per dissonantiam ad legem; quapropter non per hoc, quod Deus non causat hanc explicationem moralitatis peccati sequitur Deum non causare entitatem

tatem moralem peccati, licet non prout moralem, quæ non est noua entitas, sed noua explicatio eiusdem positiuæ entitatis peccati.

Contra: Sicut Deus causat entitatem peccati, & non eius moralitatem vt talem, ita pariter Deus causat totam entitatem actus meritorij, licet non prout meritorij reduplicatiuè, quia sic Deus mereretur per actum nostrum meritorium; & ita similiter causat Deus actum nostrum vitalem, licet non prout reduplicatiuè vitalem, quia aliter Deus viueret nostra vita accidentali creata, sed quia Deus causat totam entitatem actus meritorij, & vitalis, sunt veræ istæ propositiones Deus est causa actus meritorij; Deus est causa actus vitalis, ergo propter eandem rationem erit vera hæc propositio absolute prolata Deus est causa peccati.

Respondetur nego consequentiam, & assigno disparitatem, quia in præ-



DE SCIENTIA DEI. 79

prædictis propositionibus non explicatur aliquis terminus repugnans causalitati diuinæ cum vitalitas nostra creata, & meritum nostrum sint veræ participationes Dei largientis nobis vitam, & meritum; At verò in illa propositione Deus est causa peccati, explicatur ly peccatum, quod cum sit, & explicet quid irregulatum repugnat causalitati primæ regulæ quæ est Deus.

Hic obiter, nota Lector, hoc idem argumentum, quod militat contra sustinentes peccatum formaliter consistere in positivo, etiam militare contra sentientes peccatum formaliter consistere in priuatiuo, scilicet priuatione rectitudinis debitæ inesse actui. Siquidem fixum esse debet apud omnes, quod Deus non solum non potest causare peccatum, vt tale est formaliter, in quocumque ponatur consistere; sed neque potest causare aliquo modo entitatem positivam  
actus

## 80 DE SCIENTIA DEI.

actus peccaminosi, vt formaliter sub-  
 stat deformitati, etiam si sustineatur  
 deformitatem peccati consistere for-  
 maliter in priuatio fundato in enti-  
 tate peccati. Ratio est Sancti Tho-  
 mæ in 2. senten. dist. 37. quæst. 2. artic.  
 2. in corpore, vbi postquam docuerat,  
 quod quidquid est in actu deficiente,  
 de ratione actus, entis, & boni totum  
 hoc à Deo procedit; In responsiones  
 ad secundum etiam docet, quod si  
 Deus inclinaret ad actum secundum,  
 secundum quod deformitati substat,  
 diceretur Deus ad malum cooperari,  
 quia scilicet inclinaret consequenter  
 ad ipsam deformitatem in qua consi-  
 stit formaliter malitia peccati. Tunc  
 sic argumentamur entitas positiva,  
 seu actio vt formaliter substat defor-  
 mitati, quæ per Aduersarios dicitur  
 esse priuatio, est formaliter quid po-  
 sitiuum; Siquidem non est ipsa de-  
 formitas priuatiua, sed subiectum il-  
 lius quam in obliquo, non in recto  
 im-



importat cum sit fundamentum, seu subiectum deformitatis peccati consistentis in priuatiuo, non autem priuatio ipsa fundata, seu recepta in entitate positiuâ peccati; sed Deus non producit entitatem positiuam, seu actum peccati, vt formaliter substat suâ deformitati priuatiuè, vt probauimus: ergo Deus non producit quidquid positiui est in actu peccaminoso.

Hanc consequentiam non concedunt Aduersarij sustinentes peccatum, formaliter consistere in priuatione re-ctitudinis debitæ inesse positiuo peccati, quia idè ipsi defendunt constitutum peccati formaliter consistere in priuatione, nè conuicti fateantur dari aliquod ens positiuum subterfugiens causalitatem vniuersalem Dei; ergo vt ipsi saluent hanc veritatem; Deum esse causam omnis entitatis positiuæ, oportet vt respondeant huic argumento, sicut & nos, nimirum

F

po-

## 82 DE SCIENTIA DEI.

positiuum peccati, vt fundans deformitatem priuatiuam, non addere supra ens positiuum aliquam phisicam nouam entitatem supra entitatem phisicam peccati, sed solum nouam explicationem condotantem in obliquo deformitatē priuatiuam peccati; igitur perperam ipsi defendunt peccatum formaliter consistere in priuatione, nè astringantur concedere aliquam entitatem positiuam non esse effectum Dei causæ vniuersalissimæ, quia benè stat Deum non causare entitatem positiuam peccati, vt fundantem deformitatem priuatiuam, & tamen ipsum causare omnem entitatem positiuam peccati cum solam explicationem non causet entitatis, quæ non est noua entitas, sed noua explicatio eiusdem entitatis, vt constat exemplis nuper adductis.

Arguitur tandem, si decretum Dei prædeterminatiuum, seu applicatiuum voluntatis creatæ causaret substan-

stan-



stantiam actus voluntatis, & modum eius, scilicet libertatem sequeretur decretum Dei prædeterminatiuum, voluntatis humanæ Christi Domini ad actum impletionis præcepti paterni de subeunda morte, dedisse illi facultatem ad liberè implendum tale præceptum, & consequenter in vi huius decreti potuisset humana voluntas Christi liberè non adimplere præceptum; ac proindè transgredi præceptum Patris diuini, itaut supposito eius præcepto potuisset liberè non mori; sed hæc libera facultas transgrediendi præceptum mortis obstat impeccabilitati Christi, cum idem sit posse transgredi præceptum, ac posse peccare; sicut idem prorsus est actualiter transgredi præceptum diuinum, & actualiter peccare; ergo supposito tali decreto prædeterminatiuo fuisset necessitata voluntas humana Christi ad acceptandam mortem, quod est contra illud scripturæ: oblatuſ est,

F 2

quia

## 84 DE SCIENTIA DEI.

quia ipse voluit; igitur nè sequatur hoc maximum absurdum, non est admittendum in Deo Thomisticum decretum applicatiuum voluntatis creatæ.

Sed certè decretum suum concomitans Patres Societatis, ni prædictum absurdum diluant, saluare nequeunt, cum hoc decretum concomitans, secundum ipsos sit vera causa actus elicitæ impletionis præcepti, cum causet, & comitetur eundem actum, elicitum liberum voluntatis humanæ Christi; ergo vel Christus fuisset necessitatus ad moriendū sine vlllo prorsus merito obedientiæ, quod necessario prærequirit libertatem, vel si liberè adimpleuit præceptum, negari non poterit decretum concomitans largitum fuisse Christo exercitam libertatem transgrediendi præceptum, cum hoc decretum concomitans vnà cum voluntate humana Christi causauerit secundum ipsos totum, quod est in actu  
eli-



DE SCIENTIA DEI. 85

elicitio obedientię, & consequēter substantiam actus, & modum eius, scilicet exercitiam libertatem, quia ita mortuus est, vt posset non mori.

Respondetur vtrumque decretum tam scilicet præuium secundum Thomistas, prædeterminasse voluntatem humanam Christi, vt se liberè applicaret ad obseruantiam præcepti de subeunda morte, quàm decretum concomitans iuxta docentes scientiam mediam, vnà cum voluntate humana Christi Domini causam fuisse actus adimpletiui præcepti, elicitum à voluntate humana Christi; nec tamen per hoc sequitur vtrumque decretum derogasse impeccabilitati Christi, quia libertas, qua voluntas Christi se applicauit ad obseruantiam præcepti patris de subeunda morte, pertinebat ad genus phisicū, & consequenter specificabatur, per habitudinem ad actus moriendi, & non moriendi phisicè inspectos, non autem secundum,

F 3

quod



## 86 DE SCIENTIA DEI.

quod spectabant ad genus moris, scilicet ad actus ut sunt formaliter actus obedientiae, vel inobedientiae, seu ut sunt meritorius merito obedientiae, vel demeritorius demerito inobedientiae; Ratio est, quia non ex eodem capite, & in ordine ad eundem terminum sumuntur libertas ex vna parte, & meritum obedientiae, vel peccatum inobedientiae ex alia parte; quia libertas licet necessario praerequiratur ut conditio ad meritum obedientiae, vel demeritum, seu peccatum inobedientiae, nihilominus cum ipsa libertas formaliter pertineat ad genus physicum ad quod pertinet etiam voluntas, formaliter est per ordinem, & habitudinem ad actus appositos, impletium scilicet, & transgressivum praeccepti obedientiae physice, & materialiter sumptos, non autem ut formaliter impletium, vel transgressivum praeccepti, secundum quod spectant ad genus moris, quia sic formaliter respi-

spi-



spiciunt legem, quæ est regula morum, vel vt implentes, vel vt transgredientes legem; vnde Christus subeundo mortem meruit merito obedientiæ sibi gloriam sui Corporis, & nobis remissionem peccatorum, quia in re instabat præceptum obedientiæ, sed eius libertas eo quod pertinebat ad lineam phisicam, non ad lineam moralem, non exercebatur formaliter in ordine ad mortem, vt formaliter reduplicatiuè præceptam, quæ prout sic pertinebat ad lineam moralem, quia respiciebat formaliter præceptum, seu legem quæ est regula morum, sed tantum exercebatur formaliter per ordinem ad mortem, vt spectantem ad genus phisicum, seu secundum quod est discontinuatio vitæ, & ad negationem mortis, etiam phisicè consideratam, seu vt fundatam in continuatione vitæ; Ad hoc autem vt Christus esset peccabilis, oportuisset ipsum fuisse liberum in ordine ad mortem, vt formaliter per-

## 88 DE SCIENTIA DEI.

tinebat ad genus moris, scilicet, vt formaliter præceptam, & ad eius negationem, vt formaliter prohibitam; vt igitur Christus mereretur merito obedientiæ sufficiebat vt subiret mortem, quæ alias erat sub præcepto, quamuis eius libertas, vtpotè perti- nens ad genus phisicum; non fuisset per ordinem ad mortem, vt præceptam, quia sic spectabat ad genus morale, ad quod non spectat libertas; ex quo patet dari sufficiens funda- mentum intellectui, vt præscindat mortem à præcepto, non quidem præcisione positiua, & à parte rei; quia sic oporteret auferri præceptum in re, sed negatiua, & per intellectum cum fundamento in re, quod quidem fundamentum est duplex genus phisicum, & morale; quo circa sufficit, vt Christus moriendo mereretur me- rito obedientiæ, quia moriendo ex obedientia mortuus est, licet non exer- cendo sui libertatem circa præceptum  
for-



DE SCIENTIA DEI. 89

formaliter tale, quia ut dixi præceptum cum sit regula morum pertinet ad genus morale, & libertas ad genus phisicum, quæ sunt duo genera disparata.

Potest exemplificari hæc doctrina in Angelo, qui in primo instanti suæ conditionis, liberè Deum dilexit, & meruit adimplendo præceptum de Deo diligendo sui conditore; & tamen pro illo instanti non erat potens ad negationem dilectionis, ut formaliter præceptæ, seu ut condotabat præceptum, quia sic in illo instanti potuisset transgredi præceptum, & consequenter peccare, quod est contra Diuum Thomam, & communem pænè doctorum sententiam, excepto Scoto, & aliquibus recensioribus; sic pariformiter Theologandum est in hac materia libertatis Christi circa præceptum Patris.

Viso iam voluntate creatam, & quantum ad virtutem eius liberam in actu

90 DE SCIENTIA DEI.

actu primo, & quantum ad eius actus  
liberos immediatè participare suam  
libertatem à Deo primo libero per es-  
sentiam, excitatur desiderium inue-  
stigandi misterium satis reconditum,  
Sacramentum absconditum, non faci-  
lè pro præsentì statu viæ peruium, nè  
dicam prorsus in intelligibile quomo-  
do scilicet cum immutabilitate, & ne-  
cessitate diuini actus, libertas, & in-  
differentia eiusdem, omnia ad extra  
immutans coherere possit. Vndè pro  
complemento huius opusculi.

Quæres quinto. In quo consistat  
actus Dei liber, quo ad extra omnia  
immediatè operatur, & immutat: &  
quid addat supra actum necessarium,  
quo seipsum, & omnia diuina neces-  
sariò vult?

De fide supponendum est primo  
in Deo verè esse liberam arbitrium,  
quod est facultas intellectus, & vo-  
luntatis, vnum præ altero eligendi,  
seù vnum acceptandi, aliud respuen-  
di;



DE SCIENTIA DEI. 91

di; quod quidem primo constat ex illo Ephesiorum primo, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ; & psalm. omnia quæcumque voluit Dominus fecit; deindè etiam rationibus naturalibus à supremo Tribunali fidei diuinæ approbatis conuincitur. Quia nimirum libertas est perfectio simpliciter simplex, atque adeo necessariò in Deo admittenda; Vndè modus operandi cum dominio sui actus perfectissimus, & nobilissimus est, incomparabiliter præstantior modo operandi cum coartatione, & determinatione ad vnum, quapropter nobilibus creaturis à Deo tribuitur; ac tandem quia, vt optimè ostendit S. Thomas *p. 1. q. 19. artic. 3.* Deus tantum seipsum vult, vt finem, alia verò à se, vt media ad finem, sed quoties finis aliquis potest sine aliquo medio comparari, tale medium est liberè volitum à volente ~~finem~~; ergo cum Deus seipsum perfectè possideat  
 sine

## 92 DE SCIENTIA DEI.

sine Creaturis , liberè illas prosequetur ; ac proindè in ipso erit liberum arbitrium .

Nec obest, quod causa libera operari non potest, nisi ab alio determinetur ad operandum ; Deus autem à nullo determinari potest ; Quia Respondet S. Thomas l. c. ad 5. quod causa, quæ est ex se contingens, qualis est voluntas creata, oportet quod ab exteriori determinetur ad effectum ; Voluntas autem diuina, quæ ex se necessitatem habet adesse, & potius se habet vt prima causa, primmque determinans, seipsam ad volitum, ad quod importat habitudinem non necessariam, intellige quantum ad exercitium, quia quoad specificationem, determinatur à suo intellectu.

Supponendum secundo ex communi consensu in diuina voluntate, non esse libertatem, seù indifferentiam subiectiuam, seù ex parte actus diuini scilicet ad eliciendum, seù non  
eli-



DE SCIENTIA DEI. 93

eliciendum actum, sicut est libertas creata, quia hoc modo diuina libertas, non esset perfectissima, nec esset actus purus, quia esset in reali potentia ad actum secundum liberum, qui se habet, vt vltima actualitas, & vltima perfectio ipsius potentiae liberæ; sed solum est libertas, seu indifferentia ex parte obiecti, seu pure terminatiua, in quantum scilicet diuina voluntas est indifferens ad terminari, vel non terminari ad hoc, vel aliud obiectum; Vndè est indifferentia pure actiua, seu contactiua, & immutatiua, nullo modo passiuua, seu subiectiua, ac proindè immota in se permanens, alia ad extra immutat.

Quam distinctionem eleganter expressit S. T. 1. cont. gent. cap. 82. vbi inquit: Ad vtrumlibet esse, dupliciter potest competere alicui virtuti, vno modo ex parte sui, alio modo ex parte eius ad quod dicitur; ex parte sui, quando illa, nondum est consequuta

## 94 DE SCIENTIA DEI.

quata suam perfectionem, per quam determinatur ad vnum; Vndè hoc in imperfectionem virtutis redundat, & ostenditur potentialitas in illa, ex parte verò eius ad quod dicitur, inuenitur aliqua virtus ad vtrumlibet esse, quando perfecta operatio virtutis à neutro dependet, & sic est indifferens ad vtrumlibet; sicut cum aliquis diuersis vtitur instrumentis ad æqualiter idem opus perficiendum; hoc non ad imperfectionem virtutis pertinet, sed potius ad eius eminentiam, in quantum vtrumlibet illorum excedit; & sic inuenitur indifferentia in diuina voluntate. Hæc S. T.

Ex qua aurea doctrina confutatur error quorundam Calvinistarum, qui diuinam libertatem ad instar libertatis creatæ falsò intelligentes, actum liberum Dei asseruerunt esse accidens, quoddam potens illi adesse, & abesse; Confutatur igitur talis positio, eo quod manifestè repugnat summæ Dei  
sim-



DE SCIENTIA DEI. 95

simplicitati, & actualitati; Siquidem si talis actus esset accidens, Deus non esset simplex, sed quid compositum ex substantia, & accidente; imò quoddam ens peraccidens, et si posset illi deesse, Deus actus purus non esset, summè, & vndequaque perfectus, quia esset in potentia ad prædictam actualitatem actus liberi. His suppositis.

Respondetur ad quæsitum: Actus liber Dei, vt talis est formaliter, intrinsecè constituitur per entitatem, seu perfectionem actus necessarij, quatenus propter sui eminentiam tangit, seu terminatur ad obiectum liberum, siuè per modum prosecutionis si sit volitio, quæ terminatur ad esse rei, siuè per modum veluti fugæ si sit nolitio, quæ terminatur ad non esse rei.

Sub alijs verbis præfato quæsito respondent PP. Salmant., & alij Thomistæ in quantum dicunt, quod actus liber Dei, est ipsemet actus necessarius,

rius, non præcisè acceptus, sed quatenus ratione suæ eminentiæ fundat liberum respectum, seù habitudinem ad obiectum liberum, illud de non volito in volitum, absque sui mutatione transmutando; Vndè potius per respectum fundamentalem constituitur: scilicet per suam entitatem immobilem necessariam exploratam per respectum rationis ad creaturas; respectus verò formalis solum se habet per modum cuiusdam condotati consequentis ad actum liberum intrinsecè, & formaliter constitutum.

Tandem Ioannes à S. T. Andreas à Cruce, & alij consimili modo respondent eidem quæsito, dum dicunt: quod actus liber Dei, in alio non consistit, quam in summa quadam eminentia, & independentia per ordinem ad obiectum ad extra, ratione cuius habet summum dominium, seù libertatem supra ipsam, adeò ut possit ipsum immutare, & eo modo quo vult, ipsum sibi



sibi subijcere ; & in hac indifferentia, quam potestatiuam, seu dominatiuam appellant respectu ipsius creaturæ, libertas Dei constituitur : Omnes autem prædictæ descriptiones in idem recidunt, solumque verbis differunt, cum omnes conueniant in hoc quod actus Dei liber, cum sit realiter formaliter identificatus cum actu necessario, omninò immobili, immobiliter mouet alia à se.

Hoc autem potest primo probari exemplis adhuc in rebus creatis, quæ in se ipsis immotæ, alia mouent, vt patet in cœlo empireo, quod texte D. T. *p. 1. q. 66. art. 3. ad secundum*, cum sit domiciliũ æternaliter in Deo quiescentium, in se omninò immotum mouet primum mobile sibi contiguum virtute, & in fluxu sibi coæuo, aliquod fixũ, & stabile, ipsi imprimendo, scilicet virtutem continendi, & causandi alia ; & in hoc subdit S. T. *ibi*dem cœlum empireum maximè immitatur modum

G

ope-

operandi Dei; quia sicut Deus sine  
 sui mutatione operatur omnia in om-  
 nibus, se in omnia diffundens; sic cœ-  
 lum empireum, quod est thronus Dei,  
 immotum in se permanens, alijs digni-  
 tatem, & virtutem communicat. Et  
 ratio huius est, quia empireum com-  
 municando talem virtutem, nullam ex  
 hoc suscipit perfectionem, sed alios  
 cœlos perfecit, & ideo isti mutantur,  
 secus verò ipsum; Similiter obiectum  
 potentiæ visuæ scilicet coloratum, si-  
 ne sui mutatione immutat potentiam  
 visuam, immittendo illi species inten-  
 tionales, quia immittendo species sen-  
 siles visui, hanc perfecit absque eo,  
 quod coloratum nouam perfectionem  
 in se suscipiat, & consequenter immu-  
 tat sensum sine sui mutatione; Non  
 mirum ergo si Deus aliquibus entibus  
 creatis immotis, largitur virtutem vt  
 moueant alia; Ipse immotus in se per-  
 manens moueat alia à se virtute, &  
 actione cœterna, non vt ipse Deus in  
 se



se perficiatur; cum bonorum nostrorum non indigeat, sed ut alia à se perficiat suo actu libero eandem habente immobilitatem, ac actus eius necessarius addita sola explicatione per condotationem obiecti creati, non exigentis necessariò amari, sed liberè per liberam extractionem Dei à statu possibilitatis, eius ad statum futuritionis, & præsentialitatis in mensura temporis.

Roboratur, & magis explicatur hoc ineffabile misterium authoritate eiusdem Sancti Doctoris, qui cœli doctus oraculo, celsa nouit misteria loco supra citato 1. cont. gent. cap. 82. ubi inquit: Voluntas diuina vno & eodem actu vult se, & alia à se; sed habitudo ad se, est necessaria, & naturalis, habitudo verò ad alia est voluntaria; ergo ex mente illius, qui supra sensus hominum obscura facit cõgnita, actus liber Dei est ipsemet actus necessarius, non ut terminatur ad seipsum, quia

fic constituitur in ratione actus necessarii, sed prout liberam importat habitudinem, intellige fundamentalem, seu explicationem terminationis ad obiectum liberum; Vnde ipsemet supra citatus diuinam libertatem explicuit non per indifferentiam ex parte subiecti, sed per indifferentiam ex parte obiecti, seu ex parte eius, ad quod explicatiuè nihil prorsus sibi addendo terminatur. Ex quo sic.

Formatur prima ratio actus diuinæ voluntatis constituitur in ratione necessarii per terminationem necessariam ad obiectum necessarium; ergo in ratione liberi constituitur per terminationem eiusdem indiuisibilis actus ad obiectum liberum; siquidem actus in ratione talis, nonnisi per ordinem, seu terminationem ad sui obiectum constituitur.

Confirmatur primo actus diuinæ voluntatis ratione suæ eminentiæ, & infinitatis habet quod tangat, vel tangere



DE SCIENTIA DEI. 101

gere possit omne obiectum volibile secundum quod obiectum ipsum expostulat, ex propria natura attingi, ex paritate ipsiusmet scientiæ diuinæ per ordinem ad obiectum scibile, ergo sicut per hoc quod tangit, seu terminatur ad sui bonitatem, quæ est obiectum necessarium petens necessariò amari constituitur in ratione actus necessarij; idem in variatus manens, per hoc quod tangat, seu terminetur ad obiectum ad extra, quod liberum est, atque contingens petens liberè amari, constituitur in ratione actus liberi; Si enim ad illud attingendum, alicuius formalitatis, vel realitatis additione opus haberet, infinitus non esset, nec eminentissimus; Siquidem infinito, & supereminenti, nulla potest fieri additio.

Confirmatur secundo actus quo diuina voluntas suam bonitatem prosequitur infinitus est, & eminentissimus in genere tendentiæ volitiuæ; et

go eminenter continet omnem ratio-  
 nem volitionis, & nolitionis obiecti  
 (omnes enim sub genere tendētiae vo-  
 litiuæ continentur) ergo ad hoc vt di-  
 catur libera potius volitio, vel nolitio  
 creaturæ, non est necesse quod ei su-  
 peraddatur aliqua noua formalitas,  
 seu actualitas, vel perfectio intrinseca,  
 sed eiusdem sufficit indiuisibilis actua-  
 litatis, & perfectionis terminatio, seu  
 explicatio in obiectum liberum volitū,  
 vel nolitum; sicut quia diuina scien-  
 tia, qua Deus seipsum conspicit infi-  
 nita est, & eminentissima in genere  
 intellectiuo, ad hoc, vt dicatur libera  
 scientia creaturarum, non est necesse  
 nouam illi formalitatem, vel perfe-  
 ctionem in genere intellectiuo super-  
 addere, sed eiusdem sufficit indiuisibi-  
 lis actualitatis, & perfectionis intelle-  
 ctiuæ terminatio, seu explicatio in  
 creaturas; pariter, &c.; Sicut etiam  
 quia diuina personalitas, qua persona  
 Verbi diuini per se primò terminat  
 na-



naturam diuinam, tamquam terminabile necessarium, infinita est, & eminentissima in genere personandi, continens proinde eminenter omnem personalitatem creatam, ad hoc ut dicatur de nouo terminare, & personare naturam creatam, non requiritur noua perfectio, seu formalitas in genere personandi, sed eiusdem sufficit terminatio, & explicatio in humanitate tamquam in terminabile secundarium, & liberum. Ac tandem sicut Deus denominatur in tempore liberè creans non per nouam actionem, vel nouam formalitatem temporaneam, sed solum per eiusdem indiuisibilis, & immutabilis actionis Dei æternæ terminationem, & explicationem in creaturam, pariter denominatur Deus in tempore liberè volens, vel nolens, absque additione nouæ formalitatis, vel perfectionis, sed per ipsammet actionem necessariam, non sub explicito conceptu denominationis actionis ne-

cessariæ, sed liberæ immutabilis in se,  
& immutantis obiectum, vel vt fit, si sit  
volitio, vel vt non sit, si sit nolitio, iden-  
tificata tamen formaliter cum immo-  
bili actu necessario, quo immobiliter  
necessario seipsum vult, cum solus ip-  
se sit sibi ipsi adæquatus amatus aman-  
ti.

Ex quo obiter nota ideo volunta-  
tem creatam in via numquam quie-  
scere in quolibet bono creato, quia  
nullum obiectum creatum ab ea pos-  
sessedum potest adæquare vniuersalem  
inclinationem ipsius, cum bonum par-  
ticulare sit, sed solus Deus qui est vni-  
uersale bonum, omne scilicet bonum,  
& propter hoc voluntas creata pro  
præsenti statu viæ necessitatur ad ip-  
sum amandum necessitate quoad spe-  
cificationem, seù quoad speciem amo-  
ris, licet non incessanter, seù quoad  
exercitium, quia non clarè ipsum vi-  
det; Vnde rationabiliter ab anima  
Deum amante dicitur: Tunc satiabor  
cum



cum apparuerit gloria tua; cum scilicet, te largiente lumine gloriæ perfusa fuero, tunc satiabor bonitate tua doctrina hæc est S. T. p. p. 105. art. 4. Dices contra prædicta: Si actus liber Dei esset idem realiter formaliter cum actu necessario voluntatis diuinæ sequeretur, quod sicut actus necessarius fuit ab æterno in Deo, ita pariter actus liber, quo Deus vult liberè mundum esse, pariter esset ab æterno; ergo cum hic actus liber Dei semper fuerit efficacissimus, sequitur manifestè mundum efficaciter liberè volitum à Deo, ab æterno, fuisse etiam mundum ab æterno, sed hoc est contra fidem; Cum de fide sit mundum in principio temporis fuisse à Deo creatum, quapropter Io: 17. dicitur: Clarifica me pater claritate quam habui, priusquam mundus fieret; igitur cum mundus aliquando non fuerit, vt diuina veritas textatur sequitur de fide esse mundum non semper fuisse, ac subinde non ab æterno, sed in tempore.

Si

Si respondeatur Deum ab æterno liberè efficaciter voluisse mundum non tamen vt liberè esset pro mensura æternitatis, cum ab æterno noluerit mundum esse sibi coæternum æternitate participata, sed liberè, & efficaciter voluit, vt esset in mensura temporanea. Vndè cum dicitur gen. primo. In principio creauit Deus cœlum, & terram intelligendum est iuxta fidem de principio temporis.

Contra sicut actus liber Dei efficacissimus est idem realiter, & formaliter cum actu æterno necessario Dei, ita etiã actus liber productionis mundi, est idem realiter, & formaliter cum actu necessario Dei, quod constat, ex eo quia actus productionis mundi, si in tempore Deo conueniret, & non ab æterno aliqua actualitas Deo conueniret in tempore, quæ eî non conuenisset ab æterno, & consequenter Deus per totam æternitatem à parte ante fuisset in potentia ad actualitatem productionis



nis mundi, vsque ad creationem temporis, ac proinde actualitas Dei per totam æternitatem, non fuisset summa actualitas, sed expectans vltiorem, actualitatem, & consequenter fuisset Deus in tempore mutatus, per susceptionem nouæ actualitatis in se ipso, & consequenter non immotus moueret, quia cum reali mutatione sui alia moueret.

Si respondeatur actualitatem creationis, qua Deus in tempore creauit mundū ab æterno fuisse in Deo, quantum ad totam perfectionem, & actualitatem denominationis creationis, non autem quantum ad explicationem huius denominationis, non propter defectum suæ actualissimæ rationis formalis, sed solum ob defectum conditionis exigitæ ad hanc explicationem, quia non erat eius condotatū .s. mundus ab æterno immutatus, seu extractus à nihilo.

Contra est, quia ista responsio est  
ma-

manifesta petitio principij ; Siquidem hoc est probandum quomodo scilicet sine termino producto ab æterno saluetur in Deo formalis conceptus denominationis productionis in Deo , & quomodo possit non condotare terminum , qui necessariò sequitur ad actionem productiuam ; facta suppositione quod sit talis productio in Deo licet non necessaria , sed libera , & hoc bene explicatur in creatis ; non enim potest intelligi actio productiua egrediens à producente creato , quin intelligatur effectus ab ea productus , ac subinde , quin intelligatur productio producentis sub explicito conceptu productionis , & huius ratio est , quia non potest intelligi causalitas causæ sine effectu causato ; non enim potest generatio intelligi increatis sine filio genito ; & propter hoc , neque potest intelligi generatio virtualiter egrediens à Patre diuinò sine filio ab ipso genito ; ergo stante quod intelligatur produ-  
ctio



ctio Mundi virtualiter à Deo egrediens oportet necessariò intelligi mundum ab aeterno productum, quod cum sit contra fidem, nequit consequenter defendi actum liberum productionis vniuersi constitui in Deo per actualitatem actus necessarij; sic enim oporteret esse ab aeterno, sicut ab aeterno est in Deo actus necessarius, & consequenter vniuersum fuisse ab aeterno.

Respondetur, quod in tradita responsione non est petitio principij; cum iam fuerit assignata ratio in probationibus nostris, quæ consistit in hoc, quod productio libera qua Deus constituitur liberè producens, cum sit ipsamet actualitas, & perfectio actus necessarij non potest specificari, ac proinde dependere in genere causæ formalis ab effectu producto, & ideo quoad suum esse specificum intrinsecum ab eo independens potest per totam aeternitatem à parte ante benè intelligi, quod

## 110 DE SCIENTIA DEI.

quod fit in Deo absque termino producto à quo nullatenus dependet in sua actualitate intrinseca essentiali se tenente ex parte Dei, seu constituyente Deum in actu puro in linea operativa ad extra; licet ut subsit explicito conceptui denominationis actus liberi producentis debeat necessariò cōdotare passivam productionem, atque immutationem effectus ad extra producti: Actus verò liber creatus in suo esse specifico essentiali, dependet ab effectu producto in genere causæ formalis extrinsecæ, cum ad ipsum per ordinem transcendentalem sibi intrinsecum essentialiter ordinetur, ut ad sui specificativum extrinsecum, & ideo non egreditur operatio libera creata ab agente creato, quin sit effectus liberè productus, ac subindè hoc ipso quod datur talis productio egrediens ab agente creato oportet, ut subsit denominationi productionis, & quantum ad rationem formalem, & quantum

tum



DE SCIENTIA DEI. III

tum ad explicitum conceptum denominationis liberæ productionis.

Potest etiam exemplificari præsens doctrina in relatione paternitatis, qua Pater in creatis respicit Filium, quæ cum sit accidens, & consequenter impotens ad cõstituendum Patrem creatum in ratione formæ suppositalis, in suo esse hypostatico paterno, non potest intelligi sine suo termino, scilicet Filio ad quem essentialiter specificatur, & consequenter non potest talis relatio intelligi sine explicita exercita referentia ad Filium; E contrà verò, quia paternitas increata cum sit substantia, est proprietas substantialis Patris diuini, ideò benè potest explicitè intelligi in ratione actualitatis relatiuæ, vt constitutiuæ personæ Patris, vt signatè incommunicabilis, neque est necessè, quod explicitè semper concipiatur sub munere exercitæ, & explicitæ referentiæ, qua Pater diuinus exercitè respiciet Filium; Vndè pro illo  
 signo

signo à quo, & rationis in quo Pater  
 licet generet, non tamen adhuc in-  
 telligitur generans Filium, non intel-  
 ligitur explicitè relatio Paternitatis  
 diuinæ in ratione expliciti exercitij  
 referentiæ ad Filium, sed solum ex-  
 plicitè se tenet ex parte Patris consti-  
 tuendo ipsum in ratione personæ pa-  
 ternæ, quia cum pro illo signo ratio-  
 nis, non adhuc intelligatur generatio  
 diuina, non adhuc intelligitur genitus  
 à Patre, & consequenter neque exer-  
 cita referentia, quæ in generatione  
 Filij intelligitur fundari. Sicut ergo  
 relatio paternitatis, vt actualitas con-  
 stitutiuæ personæ Patris, pro illo signo  
 rationis in quo non adhuc intelligitur  
 Filius, præuenit in illo signo rationis  
 seipsam vt est exercita referentia ad Fi-  
 lium; Pariter productio libera Dei  
 qua voluit ab æterno liberè producere  
 mundum, per totam æternitatem à  
 parte ante præuenit seipsam, vt expli-  
 cantem se in ratione exercitij tangen-

orig

tis

1



DE SCIENTIA DEI. 113

tis effectum, quia per totam æternitatem à parte ante defuit condotatum, passiuæ immutationis Vniuersi à quo numquam primum independens, seu ens à se dependentiam habuit tamquam à causa extrinsecè specificante suam liberam productionem constituentem Deum in actu puro in linea operatiua ad extra.

Magis explicatur hoc ineffabile misterium actus liberi Dei identificati adhuc formaliter cum actu necessario alijs exemplis; & præsertim in gratia habituali animæ Christi, quæ non denominabat ipsum Filium Dei adoptiuum non ex defectu sui; gratia namque cum sit formalis participatio Diuinæ naturæ sub conceptu naturæ, quantum est ex parte sui, subiectum in quo est constituit Filium Dei participatiuè, seu adoptiuum; Sicut enim natura diuina comunicata secundæ personæ formaliter constituit ipsam Filium naturalem Dei, pariter eadem natura

H

di-

diuina sub conceptu naturæ non communicata, sed participata constituit subiectum in quo est Filium Dei participatiuè, cum idem formaliter sit participare naturam diuinam, ac esse Filium Dei participatiuè, quod est esse Filium Dei adoptiuum; & tamen hunc effectum non est largita Christo, solum ob defectum condotati, quia non condotabat in eo personam extraneam à natura Dei; igitur etiam benè potest intelligi, quod actualitas actus liberi Dei non denominauerit explicitè Deum liberè volentem ab æterno, non ex defectu formæ denominantis, sed ex defectu condotati scilicet effectus, qui non exigebatur ab æterno, vt specificans extrinsecè in genere causæ formalis actionem æternam liberâ Dei.

Insuper: Si personalitas diuina naturam irrationalem terminaret, non constitueret, seu denominaret illam personam; non ex defectu sui, sed quia talis denominatio exigit in subiecto, quod



quod denominat, ut natura polleat rationali.

Rursus exemplificatur altitudo huius mysterij in sententia illorum doctorum, qui non distinguunt entitatem relationis à fundamento; licet namque relatio similitudinis semper sit in subiecto v. g. in albo; non tamen semper illud denominat simile, non ex defectu sui, sed condotati scilicet alterius albi; Vndè solo hoc posito, iam relatio similitudinis, quæ prius præ-existebat, se explicat in suam denominationem, quæ in sui fundamento latitabat.

Exemplificatur etiam in sententia Thomistarum defendentium: per novam generationem, non addi novam relationem in patre; sicut nec novam formalitatem intrinsecam; sed solam explicationem eiusdem relationis ad secundum Filium; Sicut, & per huius mortem, non aliquid eius entitatis adimi, sed solum eius explicationem desinere.

H 2

Actan-

116 DE SCIENTIA DEI.

At tandem in ipsa personalitate diuini Verbi, quæ vt nuper diximus, esto æterna sit, non tamen æternaliter Verbum diuinum incarnatum denominat non ex defectu sui, sed ipsius humanitatis temporaliter immutatæ, quæ necessariò in prædicta denominatione connotari debet.

Ex his colligitur denominationem creatoris in Deo, non esse denominationem extrinsecam desumptam tamquam à forma à relatione creaturæ, prout extrinsecè ad Deum terminata, sed à virtute increata, & actu libero Dei sibi intrinseco, quamuis ab æterno non denominauerit Deum creatorem, non ob defectum actualitatis intrinsecæ actionis creatiuæ cum semper virtus creatiua Dei fuerit in actu puro ultimo suæ creationis, sed ex defectu creaturæ non adhuc extractæ à suo nihilo, vt ostenderet Deus independentiam suæ actionis liberæ à creatura immutata, tamquam à causa formali

ex-



DE SCIENTIA DEI. 117

extrinseca, à qua dependentia non potest absolui actio productiua creata, quæ sicut dependet ab agente creato in genere causæ efficientis, consimiliter dependet à suo effectu tamquam à specificatio extrinseco in genere causæ formalis extrinsecæ, ad quam importat transcendentalem ordinem intrinsecum; & consequenter ita mouet, vt in sui motione actiua, adhuc moueatur; Deus autem in sui libera motione actiua immotus semper manet.

Dices tandem actus liber Dei realiter formaliter, & pro indiuiso est. Simul volitio, & nolitio, vt supra dictum est diuertimodè condotando effectum; Si namque explicetur per modum prosecutionis, & accessus contactiui ad effectum, explicatur in ratione volitionis; Si verò explicetur per modum recessus, & veluti fugæ ab effectu, denominatur explicitè nolitio ergo benè potest sine vlla sui mutatione, Deus velle efficaciter ab æter-

118 DE SCIENTIA DEI.

no Petrum existere in tempore, & deinde nolle efficaciter Petrum in tempore existere absque præiudicio suæ immutabilitatis, quia idem esset realiter, & formaliter actus absque aliqua sui retractatione quo vellet efficaciter Petrum existere, & quo deinde vellet ipsum efficaciter non existere.

Respondetur, quod dum diximus eundem actum liberum Dei subesse duplici explicitæ denominationi, scilicet, liberæ volitionis effectus dum explicitè condotat effectum per modum prosecutionis, atque explicitæ denominationi liberæ volitionis in ratione condotantis effectum per modum recessus, & veluti fugæ ab eo, non fuisse sensum: vnum, & eundem realiter formaliter actum posse simul in se adunare vtramque explicitam formalitatem, tamquam duplicem rationem formalem inadæquatam, scè duplex munus inadæquatum eiusdem simplicissimi actus realiter, & formaliter talis, inuariato



riato manente effectu realiter, & formaliter in ratione obiecti voliti efficaciter, & efficaciter noliti, quia duæ prædictæ formalitates, vt condotantes effectum indutum eisdem numero circumstantijs, saltem virtualiter contradictoriè opponuntur, vt luce meridiana constat, sed sensus est actum liberum, quo voluit mundum existere, eo quod liber est potuisse esse actum non positivæ volitionis, sed liberè nolitionis, alios fuisset Deus necessitatus ad volendum existentiam mundi.

Dices ergo saltem Deus supposita libera volitione de existentia mundi in tempore, potuisset saltem in tempore post infinitam durationem æternitatis à parte ante, decernere mundum non esse in tempore, absque aliqua sui mutatione, quia hoc novum decretum de nolitione mundi effectum idem realiter, & formaliter cum primo decreto de volitione mundi cum distingueretur à primo decreto pænes

implicitum, & explicitum sicut, & ab actu necessario voluntatis diuinæ. Unde illud primum decretum, quod per totam æternitatem explicabatur in ratione volitionis mundi, & implicabat seipsum, seu non explicabat seipsum in ratione nolitionis vniuersi, modo explicaret seipsum in ratione nolitionis vniuersi, sine aliqua mutatione Dei, quæ esse non potest sine nouo actu realiter formaliter distincto, non autem cum noua explicatione eiusdem numero, realiter, & formaliter actus.

Ad hoc cauillosum argumentum, quod ex curta cogitatione arguentis procedit. Respondetur responsione inuenta in thesauro diuinæ sapientiæ nostro Magistro D. T. Aquinate, aquam nobis propinante diuinæ veritatis. Vnde p. p. q. 19. art. 7. in corpore docet: quod non potest quis incipere aliquid de nouo velle, quod prius volebat, vel desinere velle, quod prius volebat, nisi vel præsupposito defectu, seu



seu mutatione ex parte cognitionis,  
 in quantum noua se offerunt motiua,  
 atque rationes volendi, vel nolendi,  
 quæ prius non prælucebant, quia vo-  
 luntas ab intellectu mouetur, & ab  
 illius operatione dirigitur; Vndè, ni-  
 si noua adsint motiua non potest suum  
 actum mutare, quapropter, quia volun-  
 tati angelicæ, obiectum circa quod pec-  
 cavit fuit propositum cum omnibus mo-  
 tiuis, rationibus, & circumstantijs; pœ-  
 na scilicet sibi æternaliter infligenda,  
 & consimilibus æternis cruciatibus;  
 hac ratione docent thomistæ: quod  
 ipsa ab intrinseco immutabilis est, &  
 inflexibilis, sine requie conquiescens  
 in sua naturali pulchritudine sibi con-  
 genita, & passiuè exigita à suo esse na-  
 turali, quod integrum in eo permansit,  
 etiam post peccatum; quam ad feli-  
 citatem supernaturalem sibi indebi-  
 tam, & solo dono gratiæ sibi impartien-  
 dam aspirere; Vndè de ipsis miserrimi-  
 mis spiritibus in psal. dicitur: Super-  
 bia

bia eorum, qui te oderunt ascendit  
semper; Sicuti etiam non mutatur  
de volente in nolente, vel è contra vo-  
luntas, nisi præsupposita mutatione,  
ex parte dispositionis ipsius voluntatis  
ratione cuius (vt memorato loco do-  
cet S. T.) aliter se habet nunc circa  
obiectum, ac prius; Sicut accedente  
frigore, sedere ad prunas fit obiectum  
conueniens corpori affecto frigore,  
quod prius erat illi disconueniens;  
quod si omnia inuariata permaneant,  
& nihilominus voluntas de volente in  
nolentem, vel è contra mutetur, tunc  
leuis inconstans, & imprudens esse ex-  
timaretur; Cum ergo nullus possit ef-  
se defectus, seu mutatio in diuina  
scientia (omnia namque Deus, om-  
nesque rationes volendi comprehen-  
siue prænouit à principio, quando hoc  
vniuersum decreuit; Nec aliundè ali-  
qua possit esse mutatio circa disposi-  
tionem entitatis voluntatis diuinæ  
propter omnimodam sui perfectionem,  
& im-



& immutabilitatem ; hinc fit quod non possit quidquam de nouo velle, quod prius noluerit, vel in tempore nolle quod ab æterno voluerit, quamuis mutationem velit in effectibus, immotus ipse semper in seipso. Vnde negandum est suppositum arguenti in prædicto casu, scilicet Deum esse, qui ita ignoranter, inconstanter, & leui corde se gereret.

Quæri hic solet an actus liber Dei, vt liber est formaliter, distinguatur virtualiter ex æquo à se ipso prout necessarius est; itaut intellectus creatus cum fundamento in re distinguat in Deo duplicem actum distinctione rationis ratiocinatae inuenientis fundamentum in diuina voluntate.

Respondetur exercitium libertatis, & necessitatis in eadem realitate, & formalitate actus diuinæ voluntatis non esse duos actus virtualiter, & ex æquo distinctos in eadem formalitate reali, sicuti se habent actus diuinæ scien-

scientiæ, & diuinæ voluntatis, sed esse duas rationes formales inadæquatas, seû duo munera inadæquata eiusdem formalitatis adhuc virtualiter virtualitate adæquata explicantis se in prædicta munera inadæquata.

Ratio responsionis est, quia diuina bonitas, seû essentia diuina formaliter specificans vtrumq; exercitium, est eadem formaliter, & virtualiter; ergo vtrumq; exercitium necessarium, & liberum est idem virtualiter virtualitate adæquata, licet duplici inadæquata; probatur antecedens in bono creato, in quo amabilitas eius necessaria, non distinguitur virtualiter à sui libera diligibilitate ergo à fortiori, neque virtualiter distinguitur in bonitate increata in qua maiorem debent habere vnitatem. Insuper: Diuina bonitas, vt liberè diligibilis per charitatem viæ non distinguitur virtualiter à se ipsa, vt necessariò prosequibili in patria, aliter namque charitas viæ, & patriæ



patriæ formaliter, & specie distinguentur, contra D. T. 2. 2. q. 24. art. 4. pariter, &c. Deniquè eadem formalissimè charitas patriæ amat necessariò diuinam bonitatem vt in se ipsa est, & secundariò respicit proximum per actû liberum; & hoc quia diligibilitas proximi se habet vt secundaria, non valens proindè diuersificare habitum charitatis; Idemque proportionabiliter dicitur de charitate, qua Deus seipsum prosequitur, & bonitatem creatam; pariter imò à fortiori eadem formalissima diuina voluntas, quæ maiorem habet amplitudinem, quam ipse habitus charitatis poterit per se primo per actum necessarium suam bonitatem, vt est in se, & propter se prosequi, & secundariò per actum liberum, prout est ratio diligendi creaturas ipsam amare, eo quod huiusmodi ratio se habeat, vt secundaria, insufficiens; proindè ad distinguendum voluntatè; Quo circa prædictæ rationes liberi, &

ne-

necessarij se habebunt, vt rationes que-  
 dam inadæquata sibi inuicem subordi-  
 nata eiusdem simplicissima, & indiuisi-  
 bilis perfectionis volitiuæ, ratione,  
 suæ eminentiæ, & vniuersalitatatis, vtraf-  
 que sub vnica formalitate adæquata  
 eminenter continentis, & concluden-  
 tis; Sicut idem formaliter intellectus  
 diuinus, eademque simplicissima diui-  
 na scientia eminenter continet ratio-  
 nes speculatiui, & practici tamquam  
 rationes inadæquatas, & subordinatas,  
 licet per se primò, & principaliter sit  
 speculatiua, scilicet per ordinem ad  
 Deum, qui se habet vt primum spe-  
 culabile; secundariò verò practica,  
 per ordinem scilicet ad obiectum ad  
 extra factibile, seù quatenus ad illius  
 productionem, seù factionem dirigit.

Dices actus necessarius per se ver-  
 satur circa diuinam bonitatem, quæ se  
 habet vt finis; vt autem liber est, cir-  
 ca creaturas, quæ se habent vt me-  
 dium; Vnde primus appellatur inten-  
 tio,



tio, secundus electio; intentio autem ab electione virtualiter distinguitur, cum sit ratio à priori illius; Insuper actus liber, & necessarius virtualiter in Deo distinguitur propter diuersam attingibilitatem eiusdem obiecti primarij, scilicet diuinæ bonitatis, ergo pariter voluntas, vt natura, & vt libera, quæ à suo actu specificatur; Ac tandem quia voluntas, vt libera, & natura, diuersas habet diffinitiones, imò prædicata contradictoria. Siquidem, vt natura, non potest non terminari ad obiectum, vt libera potest non terminari ergo diuersas habet formalitates; ergo virtualiter adæquatè distinguuntur.

Respondetur hanc instantiam solum probare distinctionem munerum virtuales non autem duplicis formalitatis liberæ, & necessariæ in eodem actu diuinæ voluntatis; Vndè prædictæ diffinitiones, tantum sunt inadæquatæ, exprimentes diuersas formalitates

tates , seù munia inadæquata eiusdem simplicissimæ , & formalissimæ virtutis volitivæ Diuinæ ; vt patet ex exemplis supra allatis ; Vndè consequenter dicimus actum liberum à necessario non distingui formaliter , seù virtualiter formalitate adæquata , sed solum secundum munera inadæquata eiusdem formalitatis adæquata , pænes terminationem ad obiectum liberum ad extra, vel pænes terminabilitatem secundariam diuinæ bonitatis . Hæc de præsentis opusculo ad laudem , & gloriam Dei Beatissimæ semper Virginis Mariæ , & D. T. Aquinatis de cuius doctrinæ gratia gratum Eminentia vestra hæud despero .

FINIS OPERIS .



m  
is  
n-  
er  
o  
i-  
L  
f-  
es  
L  
L  
ec  
&  
i-  
u-  
ia







L' Prof. quale ministrò  
alle case di Sant. Pa-  
cella

Inhouse = 3

D

*Handwritten text, possibly a list or inventory, written in cursive script. The text is difficult to decipher due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.*

*Handwritten numbers and symbols, possibly a list or inventory, written in cursive script. The text is difficult to decipher due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.*

1338  
1946  
1947  
1948  
1949  
1950  
1951  
1952  
1953  
1954  
1955  
1956  
1957  
1958  
1959  
1960  
1961  
1962  
1963  
1964  
1965  
1966  
1967  
1968  
1969  
1970  
1971  
1972  
1973  
1974  
1975  
1976  
1977  
1978  
1979  
1980  
1981  
1982  
1983  
1984  
1985  
1986  
1987  
1988  
1989  
1990  
1991  
1992  
1993  
1994  
1995  
1996  
1997  
1998  
1999  
2000

*Handwritten numbers and symbols, possibly a list or inventory, written in cursive script. The text is difficult to decipher due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.*

19  
10  
11





OPVSCVLVM  
DE SCIENTIA DEI,  
EIVSQUE DIVISIONE.

Iuxtà mentem Vniuersalis Magistri  
S. THOMÆ AQVINATIS,

*Per aliquot quasita*

AB ADMODVM REV. P. M. FRATRE

GABRIELE VALENTINO

S.T.M. Ordinis Prædicatorum Congrega-  
tionis Sanctæ Mariæ Sanitatis

DISTRIBVTVM.

D I C A T V M

EMINENTISS. AC REVERENDISS. DOMINO

I A C O B O

CARDINALI CANTELMO

ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO.



NEAPOLI M. DCC.

Ex Typographia Ioannis-Francisci Paci.

SVPERIORVM FACVLTA TE.

